
Postilla Guillermi super Epistolas et Euãgelia de tempore ꝛ de sanctis: ꝛ pro defunctis.

hic liber fr[atr]is francisci [redacted]
ordinis predicatorum



Incipit postilla sup euāgelia. Et pmo dñicalia scdm litteralē sensum iuxta cōcordantias euāgelistarū.

Dñica. I. aduentus. Euāgelium scdm Mattheū. XXI.



In illo tempe Cum appropinquassent hierosolymis et venissent betphage ad montem oliueti: tunc misit duos de discipulis suis dicēs: Ite in castellum quod contra

Cum appropinqssent hierosolymis. Mat. xxi. Mar. xi. Lu. xix. Jo. xii. Visio. hui⁹ euā. facta ē anno xpi. xxxiij. xiij. kal. aplis. dñica. lu. x. indi. vj. An initiū hodierni euā. hr̃ Joh. xij. q añ sex dies pasche. i. sabbato añ diē palmarū xps venit bethaniā: qd erat castellū marthe ꝛ marie magdalene/ distās a hierl'm duo pua miliaria: q̃ faciunt vnū dimidiū miliare apd nos. s. in ptib⁹ almanie: vbi fecerunt xpo cenā et Martha ministrabat. Lazarus vero erat vnus ex discūbētib⁹. maria magdalene aperuit pixidē de alabastro vnguēti nardipistici preciosi: et vnxit pedes ꝛ caput dñi. Conuenerāt aūt in bethaniā multi: nō tm̃ ꝑter iesum/ sȝ vt lazarū viderent r̃suscitatū. Cogitauerūt aūt pncipes sacerdotū vt lazarū interficerent: qꝛ multi ꝑter ipm̄ abibant ex iudeis/ et credebāt in iesuȝ. Sequēti vero die scȝ in die palmarū: mane facto xps de Bethania recessit/ vt veniret in hierusalē (Cū aūt appropinqssent hierosolymis ꝛ venis. betphage) Ly. q̃ erat villa pua in descēsu montis oliueti vsus hierl'm/ ꝛ erat sacerdotū: qꝛ lȝ sacerdotes nō haberēt hereditates ad colendū: habebāt tm̄ domos ad aialia nutrienda (ad mōtē oliueti) q̃ distat a hierl'm mille passus: q̃ faciunt vnū miliare. i. iter sabbati hñs: vtȝ Act. j. (Tūc misit duos de discipulis suis) q̃ fuert petr⁹ ꝛ philipp⁹: vt dicūt Amb. ꝛ Chrysostom⁹ ꝛ etiā Hylarius (dicēs: Ite in castellum). i. ad hierl'm/ q̃ erat sita ad radices alteri⁹ mōtis. s. sion (qd ē ꝯ vos). i. vobis ex opposito. h etiā dr: q dñs noster iesus xps puidebat contradictionē futurā in hierlȝ ꝯ apostolos: qꝛ post ascensionē xpi/ iudei psequebantur apostolos: ꝛ flagellabant eos oēs simul: et phibuert/ ne ampli⁹ pdicarēt pplo in hoc noie. Rñdit petr⁹: Oportet do pl⁹ obedire q̃ hoībus: Act. v. Vñ ꝛ Ps. liiij. Iniquitatem et cōtradictionē vidi in ciuitate (Et stati inuenietis asinā alligatā ꝛ pullū cū ea) Ad literā dr/ q i hierl'm erat asina cōis/ deputata cōib⁹ vsib⁹ paupez q nō poterant hre iumēta: ꝛ erat ante domū cuiusdā ligata/ vel in cōi loco: vt q ea indigebat/ die q habebat eā ei pabulū dabat: pullus autē eī⁹ nutriebat ad eosdē vsus. ꝛ h sm Hiero. ꝛ Rab. (soluite ꝛ adducite mihi: et si qs vob ali. di.). s. impedire volēs (Dica-

te q2 dñs his op⁹ h3: z ꝯfesti) .i. sine ꝯdictiōe (dimittet eos) vñ Chrys. Virt⁹ xp̄i apparuit corā eo .i. custode illoꝝ aīalium ad dandū ignotꝭ (Hoc aūt factū ē/ vt adimpleret qđ dictū est p ꝓphā3 dicentē:) Zacha.ix. (Dicite filie sion) Ly .hoc est ciuitati hierusalē: q̄ dicebat filia sion: q2 in monte sion erat fortaliciū ciuitatis/ et ꝓtegebat ciuitas ab illa parte sicut filia sion a matre (ecce rex tu⁹) .i. xp̄us (venit tibi mā suet⁹ sedēs sup asinā z pullum filium subiugalis) Primo eīn sedit super pullū: q2 tñ nō erat domit⁹: nōdū enim fuerat applicatus humanis vsibus: vt dr̄ Mar .ij. Luc .ix. ideo sedit postea super asinā. Hoc autē factū est in figura: q2 p pullū significat populus gētilis / qui nō fuerat subiectus iugo legis. per asinā xo ppl's iudaicus q̄ laborauerat sub lege. Ad hoc autē veniebat xp̄s in mundū/ vt vtrūq3 populū subiugaret sibi p fidem catholicā. Notandū aūt q̄ huic facto adhibet ꝓphetia zacharie in testimoniū/ vt appareat dñm iesum oīa q̄ de seipō scpta sunt cōpleuisse: s3 scribe z pharisei cecati malicia nō intellexerūt ea q̄ legerūt: et istud dictū ꝓphetie extendit ad duplicē aduentū xp̄i .s. aduentū in carnē. Et sic legit h̄ euāge. i prima dñica aduēt⁹ h̄m rubricā ordinis p̄dicatoꝝ: z aduētū i hierl'm: z sic legit i dñica palmaꝝ (Eūtes aūt discipli fecert sic p̄cepit ill'ie. z adduxe. asi. z pullū: et ipo=

vos est: z stati inuenietis asinā alligatā z pullū cū ea: soluite z adducite mihi: et si q̄s vob aliq̄d dixerit dicite: quia dñs his opus habet: z cōfesti dimittet eos. Hoc aūt totū factum ē vt adimpleret qđ dictū ē p ꝓphetā dicētē3. Dicite filie sion ecce rex tu⁹ venit tibi mansuetus sedēs sup asinā z pullū filiū subiugalis. Eūtes aūt discipli fecerūt sicut p̄cepit illis ih̄s. Et adduxerūt asinā z pullū: z iposuerūt sup eos vestimēta sua: z eū desup sedere fecerūt. Plurima aūt turba strauerūt vestimēta sua in via. Alij autē cedebāt ramos de arborib⁹ z sternebāt in via. Turbe aūt q̄ p̄cedebāt z q̄ sequebant clamabāt dicētes: Osanna filio dauid. Bñdictus qui venit in nomine domini.

suerūt sup eos vestimēta sua z eū desup sedere fecerūt) h̄ fuit reuerētia quā discipuli xp̄i exhibuerūt: q2 nō pmiserūt eū eq̄tare sup nudo/ s3 ei loco selle vestimēta sua iposuerūt (Plima āt turba strauerūt vestimenta sua i via) .s. sub pedib⁹ asine ne offenderet ad lapidē Et etiā h̄ factū est ipi xp̄o a pplo in signum reuerentie. (Alij aūt cedebāt ramos d̄ arborib⁹ z sternebāt in via) qđ erat alacritatis z gaudij signu3: vt dicit Hiero. Et est verisile q̄ de omni genere pulchraru3 arboꝝ z p̄cipue oliuaꝝ. Vñ ecclia cātat: Pueri hebreorū tollētes ramos oliuarum zc̄. Cantat etiam de florib⁹ z palmis: Occurrūt turbe cū florib⁹ et palmis. In illa eīn calida regione tūc arbores ci⁹ florēt. Jō est credibile/ q̄ pulchriores frōdes cū floribus suis vel etiam flores alios de terra carpebant pro amenitate z iocūditate ostendenda (turbe aūt q̄ p̄cedebāt z seq̄bant clamabāt dicentes: Osanna filio dauid) Cū eīn xp̄us esset in descensu montis oliueti: auditum est hierosolymis de aduentu eius: z tunc turba multa q̄ cōuenerat ad diē festū processit ei obuiā: q2 audierāt miraculum de suscitatiōe lazari. Multa eīn turba comitabat eū de bethania veniendo: z sic oēs sit .s. obuiātes z comitātes fecerūt et reuerētiā clamātes z dicētes (Osanna filio dauid) Osanna iterp̄tat: obsecro dñe saluū me fac: filio dauid .i. p filiu3 dauid .s. xp̄m

bñ.q ve.).i.a dño ỏo missus.(i no.dñi) vñ ps. Narrabo nomẽ tuũ fratrib⁹ meis. Itẽ ſm Marcũ: Turbe adhuc adiũxert ſcdaʒ laudẽ dicẽtes: Bñdictũ regnũ pris nri dauid .q.d. Bñdictũ regnũ pris nri dauid/ qd reſtitutũ eſt nũc in aduẽtu tuo. Itẽ ſm Lu. tertiã laudẽ addiderũt dicẽtes: Pax de cel/ ⁊ glia i excelſis. Itẽ ſm Joh. qrtã laudẽ addiderũt dicẽtes: Bñdictus rex iſrl q̃ venit i noie dñi: ⁊ ſic receperũt eũ oẽs turbe tãq̃ regẽ. ¶ Circa pñs euã. vbi dr: Ecce rex tu⁹ venit tibi mãſuetus: Eſt diligẽter ſciẽdũ/ q̃ aduentus xpi deſiderabat a ſupiorib⁹.ſ. ab angelis/ vt reſtaurarent: Nã p incarnationẽ filij dei ſedes demonũ cadẽtiũ ſunt implete. Itẽ deſiderabat ab inferiorib⁹.ſ. a ſctis prib⁹ de limbo vt inde extraherent/ qui ibi detinebant captiui/ q̃ p aduentuʒ filij dei ſunt liberati: vt ptʒ Zach.xj. Tu autẽ in ſanguine teſtamẽti eduxiſti vinctos de lacu in quo nõ erat aqua ⁊c. Itẽ deſiderabat a modernis q̃ ptũc erãt in medio.i. in mũdo/ vt i ei⁹ fide ⁊ merito ſaluarent: nõ deſcendẽtes ampli⁹ in infernũ: qꝛ poſt ei⁹ aduentũ/ celũ aſcendũt oẽs q̃ credũt in ipm in vita glie pmãſuri: vt ptʒ Joh.iij. Sic de⁹ dilexit mundũ/ vt vnigenitũ filiũ ſuũ daret: vt oĩs q̃ credit in ipm: nõ pereat/ ſʒ habeat vitã eternã. ¶ Itẽ diligenter notandũ/ q̃ totũ tempus añ aduentũ xpi/ fuit tẽpus rigoris et iuſticie. Nã de⁹ in eo magnã iuſticiã exercuit: vt pʒ in Lucifero ⁊ angelis eius/ q̃s ꝓpter motũ vnũ ſuperbie de celo ꝓiecit. Eſaie.xiiij. Itẽ patet in pmis parẽtib⁹/ q̃s ꝓpter vnũ pomum vetitũ qd comederũt/ de padiſo eiecit. Gen.iij. Itẽ ptʒ in diluuio in q̃ ꝓpter pctm carnis/ totũ gen⁹ humanũ ſubmerſit: exceptis octo hominib⁹. Gen.vij. Itẽ etiã patet in q̃nq̃ ciuitatib⁹: ſodoma/ gomorra/ abdama/ ſeboym/ ⁊ ſegor/ vt patʒ Gen.xix. Pluit dñs ſup ſodomã ⁊ gomorrã ſulphur ⁊ ignẽ de celo: ⁊ ſubuertit oẽs ciuitates: ⁊ oẽm circaregionẽ: vniuerſos habitatores vrbiũ: ⁊ cũcta virẽtia terre. Itẽ ptʒ in mltis locis ve.teſta. vbi oñdit q̃ deus magnas iuſticias exercuit in homines. Nã hec ſnĩa et admirãda iuſticia oẽs priarchas ⁊ ꝓphas: ac etiã omnẽ hominẽ q̃tũcunq̃ ſctẽ viueret/ mittebat ad carcerẽ inferni. Gen.xxxvij. Deſcendam ad filiũ meũ lugẽs i infernũ. ac etiã iohãnẽ baptiſtã/ de q̃ xps teſtat⁹ eſt: q̃ int natos mulierũ nõ ſurrexit maior iohãne baptiſta. Matth.xj. vñ ps. Dñe in celo miſericordia tua. qꝛ miſcdia ꝓtũc videbat eſſe in celo cũ angel: At vbi venit plenitudo tpis. Gal.iiij.ſ. tps grẽ/ ⁊ miſicordie: qd incepit in aduẽtu xpi/ circũq̃q̃ regnat et pualet miſicordia iuſticie. Unde Ps.cxviij. Miſicordia tua dñe plena eſt terra. Hoc ſic pbat: qꝛ xps poſt aduẽtũ ſuũ/ regnũ celoꝝ pcioſiſſimũ vili pcio vendidit. Nã pmo ipm dedit aplis p naui et reti: vt ptʒ Mat.iiij. Relictis retib⁹ ⁊ naui/ ſecuti ſunt eũ. Scdo zacheo dedit pro dimidio bonorũ ſuorũ: vtʒ Lu.xix. Ecce dimidiũ bonorũ meorũ dñe do paupib⁹. Tertio dedit alijs p reſidua pte diuitiaꝝ ſuaꝝ: vtʒ Lu.xj. Qd ſupeſt/ date elemoſynã: ⁊ ecce oĩa mũda ſũt vob. Quarto: q̃buſdã dat p duob⁹ erib⁹ minimis: ſicut paupcule vidue: vtʒ Lu.xxij. Uidit autẽ ihs ⁊ q̃ndã viduã paupculã mittentẽ era minuta duo. Quinto: q̃buſdã p calice aq̃ frigide: vtʒ Matth.x. Quicũq̃ potũ dederit vni ex minimis meis iſtis/ calicẽ aq̃ frigide/ nõ pdet mercedẽ. Sexto: q̃buſdã p ſola volũtate: vt latroni in cruce/ q̃ dixit: Dñe memẽto mei dum veneris in regnũ tuũ. Et rñdit ei xps: Amẽ dico tibi: hodie mecũ eris in paradiſo. vñ Aug⁹: Coronat deus voluntatẽ/ vbi non inuenit facultatẽ. ¶ Itẽ notãdũ/ q̃ Hugo de prato ſup pdicta vba: Ecce rex tu⁹ venit tibi mãſuetus: dic q̃ dñs ihs xps venit nobis ſeptẽ mõis. Prio venit vt lux ad nos illuminandũ: qꝛ oẽs ceci eram⁹: vtʒ Eſa. ix. Habitãtib⁹ in regione vmbre mortis/ lux orta ẽ eis. Scdo venit vt medic⁹ ad ſanãdũ: qꝛ oẽs infirmi ad mortẽ iacebam⁹. vñ Ps.cvj. Miſit vbũ ſuum et ſanauit eos. Tertio venit vt iuſt⁹ ad iuſtificãdũ ⁊ pctã remittẽdũ: qꝛ oẽs peccauim⁹: iuxt illud ad Roma.iij. Oẽs peccauert/ ⁊ egẽt gr̃a dei. Mat.ix. Confide fili/ remittunt tibi pctã tua. Quarto venit vt ignis ad

inflāmandū: q? in dei amore ꝛ ꝓximi oēs frigidi manebam⁹: vtꝫ Lu. xij. Ignē veni mittere in ꝑrā. Quīto venit vt redēptor ad ꝑciū nob soluēdū: q: oēs ꝑ delicto ꝑl morū parētū in carcere inferni detinebamur. Uñ aplus. j. Cor. vj. Empti ei estis ꝑcio magno. Sexto venit vt vita ad viuificandū: q: oēs vita glie carebam⁹ ꝓpter originale pctm̄ Septimo venit vt dñs oīpotēs ad patriā nrām nos deducēdo: vt pꝫ Mich. ij. Ascēdet ei pādēs iter ante eos. Hec Hugo de Prato.

¶ Postilla. Erūt signa i sole ꝛ luna ꝛ stell ꝛc. Luc. xxj. Matth. xxiiij. Marc. xiij. Hec pdixit dñs iesus anno ei⁹. xxxiij xj. kal. Aplis. feria. iij. luna. xij. in ditiōe. vj. Uñ initiū hodierni euangelij scribit sanct⁹ Lucas in eo. ca. ꝙ xp̄s pdicēs temp⁹ extremi iudicij / dixit: Surget gēs ꝯ gentē: ꝛ regnū aduersus regnum: et terremotus erunt magni ꝑ loca: et pestilētie ꝛ fames / terroresq̄ᵹ de celo: et signa magna erūt

bāt ꝛ bibebāt: vxores ducebāt ꝛ dabant ad nuptias vsq̄ᵹ i diē q̄ itrauit noe arcā ꝛ venit diluuiū ꝛ pdidit oēs. Silr sic factū est in dieb⁹ loth. Edebāt ꝛ bibebāt: emebāt ꝛ vendebāt: plātabāt ꝛ edificabāt: q̄ die aūt exijt loth a sodomis pluit ignē et sulphur de celo: ꝛ oēs pdidit: bm hec erit q̄ die filius hominis reuelabit scꝫ i die iudicij. vñ etiam de hoc dicit j. Thessal. v. Cum dixerint: pax ꝛ securitas / tūc repētinus eis supueniet interitus.

¶ Alia postilla. Erūt signa i sole ꝛ luna ꝛ stellis ꝛc. Luce. xxj. Matt. xxiiij. Mar. iij. Sed q̄ erūt illa signa / declaratur: Prio vt hr̄ Johel ij. Sol cōuertet in tenebras: ꝛ luna in sanguinem: anteq̄ᵹ veniat dies domini magn⁹ ꝛ terribilis. Idē oñsum est Johi: vt hr̄ Apocal. vj. Sol factus est niger tanq̄ᵹ saccus cilicin⁹: et luna tota facta est sicut sanguis: ꝛ stelle de celo ceciderūt sup terrā. Itē xp̄s dic Math. xxiiij. Sol obscurabit: ꝛ luna nō dabit lucē suā:

Dñica. II. aduentus. Euāgelium bm Lucam. XXI.



In illo tempe Dixit iesus discipul suis: Erūt signa in sole ꝛ luna ꝛ stellis ꝛ in terris ꝑssura gentiū ꝑ cōfusiōe sonitus maris ꝛ fluctuū arescē tibus hoib⁹ ꝑ timore ꝛ expectatione q̄ supueniūt vniūso orbi. Nā virtutes celoꝝ mouebunt

Ue pregnātib⁹ et nutriētibus in illis diebus. Itē de extremo iudicio dr̄ etiā Luc. xvij. Si fulgur coruscās de sub celo i ea q̄ sub celo sūt / ita erit fili⁹ hois i die sua. s. aductus ad iudiciū. Et sic factū ē in diebus noe: ita erit in dieb⁹ filij hois. Edeet stelle cadent de celo. Hoc nō intelligit ꝙ cadent de firmamēto: q: minima stella bm astronomos est maior q̄ᵹ tota terra: sed tante impressiones et coruscationes erunt in aere decurrentes ad terrorē malorum: vt a simplicib⁹ hoibus stelle cade-

Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cū potestate magna et maiestate. his autem fieri incipientib⁹: respicite et leuate capita vestra: quoniā appropiquabit redemptio vestra. Et dixit illis similitudinē: Uidete ficulneam et omnes arbores: cum producūt iam ex se fructuȝ: scitis quoniā prope est estas. ita et vos cū viderit[is] hec fieri: scitote quoniā prope ē regnum dei. Amē dico vobis: q[uia] non p̄teribit generatio hec donec oīa fiāt. Celū et terra transibūt: v̄ba aūt mea nō transibūt.

re putabunt. vñ Aug⁹. Tā seua erit iudicia dī q[uod] ipm sol aspicere nō audebit (et in terris pressura gentiū p̄ ɔfusiōe sonit⁹ maris et fluctuū) Glo. appropinquāte extremo iudicio erit sonit⁹ maris terribil[is] et fluctuū ei⁹. Nā mare eleuabit[ur] vltra altitudinē montiū q̄draginta cubit[is]. vñ Ps̄. xcij. Mirabiles elationes mar[is]. Tunc illi qui p̄pe mare habitabūt in vallibus fugiēt ad loca mōtana/ et cō[m]pmēt se pp̄[ter] sonitū maris (arescētib⁹ hoīb⁹) Glo. q[uia] sicut mētē securitas reficit et impiguat: ſm illud Prouerb. xv. Secura mēs q̄si iuge ɔuiuiū sic timor attenuat et exiccat ſm illud Prouerb. xvij. Spūs tristis exiccat ossa. (pre timore) sc[ilicet] instantiū malo[rum] (et expectatiōe) .s. futuro[rum] adhuc distātiū (que) sc[ilicet] timor et expectatio (superueniēt desup̄) sc[ilicet] de celo (vniuerso orbi) nō tm̄ parti. Ex q̄ p[atet] q[uod] null⁹ erit loc⁹ refugij: vt[puta] Matth. xxiiij. Erit tunc tribulatio q̄lis n̄ fuit ab initio mōi vsq[ue] mō neq[ue] fiet: vt[puta] Dan. x. Ueniet tale tp̄s q̄le nō fuit ex q̄ gētes cepe[runt] eē (nā v̄tutes celo[rum] mouebūt[ur]) .i. angeli ad modū tremētiū se habebūt. et angeli dicūt[ur] v̄tutes celo[rum]: q[uia] sunt inhabitatores celo[rum]. vñ Chrys. Angeli q̄ in iudicio astabūt nihil sibi ɔscij/ videbūt īfinitā mltitudinē ɔdēnari n̄ itrepide/ s[ed] cū magno tremore illic stabunt (Et tūc videbūt filiuȝ hoīs) sc[ilicet] tā boni q̄ mali: q[uia] ſm mg̃rm sniā[rum] li. iiij. Xp̄us dñs in forma hoīs iudicabit: et in illa ab omnib⁹ videbitur. Erit tamē differētia ex parte videntium: quia boni videbunt eum cum magno gaudio et gloria: sed mali cum cōfusione et pena. Unde etiā sanctus Tho.

in. iiij. dist. xlvj. Sicut visio glīe bōnitatis xp̄i erit iustis in p̄miū/ ita inimicis xp̄i erit in suppliciū (venientē) sc[ilicet] ad iudiciū (in nube) sc[ilicet] lucida (cum ptāte magna et maiestate) q[uia] cū angelis et omib⁹ sanctis in celo existentib⁹. Et tūc cōgregabit oēs gētes in valleȝ Iosaphat: vt habet[ur] Iohel. iij. Hiero. vo dicit: Nō intelligendū est/ q[uod] in illa parua valle concludant[ur] innumerabilia milia hominū sed in locis circūiacentibus. Nam boni in aere cum xp̄o stabūt mali: vo in terra quo[rum] nō erit numer⁹ cū q̄b⁹ verus et iustus iudex cōtēdet et disceptabit. Consequēter i euāgelio hodierno post timorē repro[borum] bo[rum] ponit[ur] ɔsolatio electo[rum] cum dicit[ur]: (His aūt fieri incipiētib⁹ respicite) per fidem (et leuate) p[er] spem (capita vestra) .i. corda vestra. vñ Greg. Capita leuare est mentes ad gaudia celestis patrie erigere (qm̄ appropinquabit redemptio vestra) id ē glificatio aīa[rum] et corpo[rum]: q[uia] post mōi ruinā sequit[ur] beatitudo q̄ erit in glorificatione corporis et aīe (Et dixit illis similitudinem: Uidete ficulneam et oēs arbores: cum p̄ducunt iam ex se fructū scitis q̄niā p̄pe est estas: ita et vos cum viderit[is] hec fieri/ scitote qm̄ p̄pe est regnū dei) Unde Hieronymus: Cuȝ ramus ficus tener est et folia nata et gēme/ in gēmis flores germināt et cortex folia p̄turit: tūc intelligit[ur] veris et estatis aduentū. Sic cum omnia que scripta sunt et q̄ xp̄i aduentuȝ precurrere debent videritis: sciatis quia prope est aduentus christi ad iudiciū. Sequitur certitudo predicto[rum] cū dicitur: (Amē dico vobis: q[uia] nō preteribit generatio hec)

id ē gen⁹ hūanū (dōec oīa fiāt) .s. q̄ dicta
sunt (Celū ⁊ terra trāsibūt) .i. ōposita p̄
ori forma inouabunt: p̄manēte tn̄ substā=
tia. Nā t̄ra/aqua/aer/⁊ ignis: ⁊ oīa ele
mēta ꝯflagratiōe ignis mūdabunt. Erit
eīm t̄ra sic crystallus pura: aqua ⁊ aer ob
scuritate/frigiditate/fumositate p̄uabūt:
⁊ oēm frigiditatē/ caliditatē/fumositatē/
⁊ impuritatē ab elemēt̄ʒ sepabit̄/⁊ i infer
nū ōtrudet: vt mali infinities pl⁹ habeāt
de frigore et calore et fetore q̄ habuerūt
(Vba aūt mea nō trāsibūt) .s. sine effectu
impletiōis. vñ Diero. Facilius est trāsire
terrā q̄ xp̄i vba. Nā si oīa q̄ in lege ⁊ p̄=
phetis scripta sunt ipleta sunt ⁊ adimple
bunt: quō ḡ xp̄i vba q̄ p̄ e p̄sonaliter ē lo
cutus nō adimpleri debent? ḡ verba xp̄i
nō trāsibūt incōpleta: sʒ minima lr̄a com=
plebit: vtʒ Matth. v. Amen dico vobis:
donec transeat celū ⁊ terra iota vnuʒ aut
apex vnus nō preteribit a lege donec oīa
fiant. Qui ergo soluerit vnū de mādatis
istis minimis ⁊ docuerit sic homines/mi=
nimus vocabit in regno celorum: q̄ auteʒ
fecerit ⁊ docuerit: hic magnus vocabitur
in regno celoꝝ. ¶ Vñ circa presens euā.
vbi dicitur. Tūc videbūt filiū hōis venie
tem in nube cum potestate magna: Notā=
duʒ q̄ xp̄s nō veniet nisi pri⁹ veniat anti=
christus. Qñ aūt antichrist⁹ veniet? Re=
spondet p̄mo in tp̄e peccatoꝝ abūdantie:
vt habet Dañ. viij. Cum creuerit iniq̄tas
consurget rex impudens. Glo. omniū ini=
quitatū plen⁹. Vñ Osee. iiij dicit: q̄ tp̄e
antichristi plusq̄ pri⁹ abūdabit mēdaciū
adulteriū/furtū/homicidiū/rapina/aua=
ricia/supbia ⁊ sic de alijs vitijs. Vñ etiaʒ
Matth. xxiiij. Abūdabit iniquitas ⁊ re=
frigescet charitas mltoꝝ. Quis dubitat
iā p̄ximū ipsius tp̄s fore: cū iā ex mala cō
suetudine infinita mala fiāt q̄ nr̄oꝝ parē=
tum tp̄e nō modici fuerūt dedecoris/que
nūc tp̄is cōputant inter facta honoris: si=
cut habere amasias ⁊ houisatrices: dece=
ptiōes in emptionib⁹ ⁊c. vñ Prouer. xx.
Letant cū male fecerint. O si iā tot mala
fiunt: q̄nta mala tunc erūt tp̄e antichristi.
Unde q̄to magis finis mundi appropin=
quat: tanto peiores hoīes erunt. Secun=
do veniet tp̄e litiū ⁊ prelioꝝ. vñ Matth.
xxiiij. Surget gens contra gentē ⁊ regnū
aduersus regnum. Si ergo tot lites no=
stris temporibus sunt ⁊ prelia: quot tunc
erunt tempe antichristi qñ sathanas sol=
uetur qui nunc ligatus tenet: vt habetur
Apoc. ij. Tertio veniet tēpore magne fa
mis: q̄r ex guerris ꝯtinuis sequit fames.
vnde Luc. xj. Omne regnū in se diuisuʒ
desolabitur: quia agricole tunc nec agros
colere nec seminare pñt. Quid demū? tūc
fames ⁊ caristia nō modica sequet. Unde
dicit in Ps. cvj. Terra fructifera versa
est in salsuginem a malicia habitāntiuʒ in
ea. Quarto veniet tempore magne pesti=
lentie. Nam omne qđ viuit cibo indiget.
Vñ Aristo. j. Ethicoꝝ. Non possibile est
diu viuere sine cibo: ideo q̄ cibo caret ac
famis macie torquetur/propter perditio
nem humidi radicalis infirmabit et tādē
leui superueniēte febriciūcula homo subi
to quasi ex pestilentia (vt physici natura
les dicunt) morietur. Quinto veniet tp̄e
discidij regnorum a romano imperio. ij.
Thessal. ij. Nisi venerit discessio primuʒ
scʒ a romano imperio. Unde glosa super
illud Dañ. vj. Et habebat cornua deceʒ:
dicit q̄ appropinquante die iudicij roma
num imperium scindetur in deceʒ partes
⁊ in decem regna. Sexto veniet tempore
schismat̄ʒ in ecclesia dei: vt dicit glo. sup
premissa verba apl̄i: Nisi venerit discessio
primū: scʒ ab obedientia romane ecclesie.
Septimo venie tp̄e hypocrisis illoꝝ qui
se putant religiosos pre ceteris homini=
bus. j. Timoth. iiij. In hypocrisi loquen=
tium mendacium ⁊ cauteriatā habentiū
suā ꝯscientiā: p̄hibentes nubere/abstine
re a cibis: quos deus arguit ad p̄cipiēdū
cum grāꝝ actiōe fidelib⁹ ⁊ his q̄ coḡ no
uerūt veritatē. Iteʒ Matth. xxiiij. Sur=
gēt pseudo xp̄i ⁊ pseudo ꝓphe. ⁊ dabūt si=
gna magna ⁊ p̄digia ita vt i errorē indu=
cant si fieri pōt/etiā electi. Octauo vēiet
tp̄e heresis. vñ apl̄s. j. Timo. iiij. Disce=
dēt q̄dā a fide attēdētes spiritib⁹ erroris
et doctrinis demonioꝝ. Nono veniet in
istius mūdi fine: quia post mortē antichri
sti nō longe mundus finietur.

Cum audisset Johes in vincul' opa xpi: mittens duos de discipulis suis ait illi: Tu es qui venturus es? Matth. xj. Hoc euange. factum est anno xpi. xxxj. Idus Decebris feria. vj. luna xix. inditione. iiij.

Ⓒ Postilla. Ān initiū illi⁹ euā. scribit sctūs Mat. in p̄cedenti ca. q xpus dixit discipul' suis: Qui vos recipit me recipit: et q̄ me recipit / recipit eum qui me misit. Qui recipit pphe tam in noie pphe: mercedē pphe accipiet. Et qui recipit iustū in noie iusti: mercedē iusti accipiet. Et q̄cūq3 potum dederit vni ex minimis istis: calicē aq̄ frigide tm̄ ī nomine discipli: amē dico vob non pdet mercedē suā. Tūc post h̄ sequit euan. (Cū audisset iohānes i vinculis opa xpi) Ly. Herodes antipas incarcerauit Johez ad instātiam Herodiadis adultere: ppter h̄ q iohes arguebat ipm Herodē: eo q abstulerat fri suo Philippo vxorem suā noie Herodiadem: vt hr̄ Marc. vj. Misit herodes et tenuit Johannē z vinxit eum in carcerem. Johannes ergo in carcere positus (misit duos de discipulis suis ad iesum / vt diceret: Tu es qui venturus es) scilicet messias in lege ge pmissus qui debes saluare israel (an aliū expectam⁹?) Hic q̄rit an iohes dubitauit d xpo / an ipse eēt saluator mōi: z an eēt moritur⁹ in hūana natura p hois salute? Rñdet q nō dubitauit: q: ipm pri⁹ baptizauit. Mat. iij. Et vidit spūsctm̄ descēdētē sup eū. Et i super d eo testificatus est dicēs: Ecce agnus dei: ecce qui tollit pctā mōi. Sz discipuli eius q̄ nō sic erant illuminati dubitauerūt ipm esse xpm: Et iō misit discipulos suos vt viderēt miracula christi z sic crederēt ipm eē saluatorē mundi. Isti aūt duo discipuli recedentes a Johanne inuenerūt xpm cū turbis pplo𝔷 q̄ venerāt ad eū cū infirmis suis z expectabant īfirmo𝔷 curatione. Et post p̄dicatione tunc discipuli Johānis fecerūt sibi p̄dictā questione corā oī pplo Christ⁹ aūt non respondit eis v̄bo / sz facto: vt dr̄ Lu. vij. In ipsa hora xpus mltos hoies curauit a languorib⁹ suis z plagis z spiritib⁹ malis: et cecis mlt] donauit visu⁹. (Et rñdēs dixit illis: Eūtes) .i. reuertētes vn venistꝫ (renūciate Johanni) .s. ad suā 𝔷solationem z ad vestram 𝔷firmationem (q̄ audistis) scꝫ i mea p̄dicatione (z vidistis) in miraculorum operatione (ceci vident / claudi ambulant / lep̄osi mundantur / sur-

Dñica. III. aduentus Euangelium s̄m Mattheū. XI.



In illo tempe Cū audisset iohannes in vinculis opera xpi: mittens duos de discipulis suis ait illi: Tu es q̄ ventur⁹ es: an aliū expectam⁹? Et rñdēs iesus ait illis: Eūtes r̄nūciate iohāni q̄ audistl: Ceci vidēt claudi ambulant: lep̄osi mūdāt: surdi audiūt: mortui resurgūt: paupes euāgelizāt: Et

dī audiūt/mortui resurgūt/ paupes euangelizant̄). i. denūciant̄ hr̄e regnū celorū: vt pz Lu. vj. Beati paupes spū qm̄ ipoꝝ ē regnū celoꝝ. Per h̄ em̄ opa xp̄s manifeste ꝓbauit se eē messiā (ꝛ btūs q̄ nō fuerit scandalizatus i me) Hor. s. cuz me post tot miracl'a viderit pati/ n̄ me negabit (Illis autem abeūtib⁹) .i. a xp̄o et reuertētibus ad iohēz (cepit ih̄s dicere d̄ iohe). s. ip̄m cōmēdādo. Hylari⁹. xp̄s cōmēdauit iohēz nō p̄n̄tib⁹ discipul' ei⁹/ sz abeūtibus: ne videret̄ cū adulatorie ꝯmēdare: Mos em̄ adulatoꝝ ē i ꝯspectu hoīnū laudare et in absentia eoꝝ vituperare. tales sūt silꝫ scorpionib⁹: q̄ cū aculeis anterioribus q̄si applaudēt/ sed cauda pungūt. Et xp̄s ꝯmēdat iohēz i q̄nqꝫ. Pↄio d̄ v̄tute ꝯstantie/ cū dicit (quid exist̄ i desertū) Ly. i. vltra iordanē vbi iohēs baptizabat (videre arūdinē vēto agitatā). q. d. vos exist̄ i desertū ad iohēm q̄ n̄ fuit mobil' i mēte sicꝫ arūdo a vēto agitata/ sz est ita cōstās: q nec timore/ nec amore a v̄itate d̄clinat. Scd̄o d̄ austeritate vite cū dicit (Sz q̄d exist̄ in desertū videre hominē mollib⁹ vestitum?) qr iohes habebat vestimētum de pilis cameloꝝ/ ꝛ esca ei⁹ erat locuste ꝛ mel siluestre. Et ad h̄ h̄itabat i d̄s̄to/ vt austerā vitā duceret (Ecce q̄ mollib⁹ vestiunt̄ i domib⁹ regū sūt) Ad h̄ ei magnatib⁹ adulant̄ m̄lti vt cū ipsis cōmorātes delitijs vtant̄: sz v̄itatꝫ amatores talia asp̄nant̄. Tertio cōmēdat eū xp̄s a claritate noticie cū dicēs (Sed q̄d existis videre ꝓphaz?) qr iohānes plus fuit q̄ ꝓpha: qr quē alij ꝓphete p̄dixerāt venturū ip̄e eū adhuc i vtero m̄ris positus agnouit: et postea ipsuz baptizauit: ꝛ digito monstrauit. Quarto cōmēdat eū auctoritate doctrīe dicēs (Hic em̄ est de q̄ scriptū est) Malach. iij. (ecce ego mitto angeluz meū) .i. iohēz q̄ vitā duxit angelicaz (an̄ faciē tuā q̄ p̄parabit viaz t. an̄ te) id est corda audientiū ad recipiēdum xp̄m p p̄dicationēz suā. Quito cōmendat eū imediate p⁹ hodiernū euāgeliū sup oēs sctōs dicēs Inter natos m̄lierū nō surrexit maior iohe baptista.

btūs ē q̄ nō fuerit scādalizat⁹ i me. Ill' āt abeūtib⁹ cepit ih̄s dicere ad turbas d̄ iohāne: q̄d existis i desertū videre arūdinē vēto agitatā? Sz q̄d exist̄ videre hoīēz mollib⁹ vestitū? Ecce qui mollib⁹ vestiūt̄ i domib⁹ regū sūt: s̄ q̄d exist̄ videre ꝓpham? Hic em̄ ē de q̄ scp̄tū ē: Ecce ego mitto angelū meū an̄ faciē tuā q̄ preparabit viā tuā ante te.

Dn̄ica. IIII. aduentus Euangelium s̄m Johannē Ca. I.



In illo tempe Miserunt iudei ab hierosoly-

Postilla.

Miserunt iudei ab hierosolymis sacerdotes ꝛc̄. Johannis. j. Luce. iij. Historia huius euangelij facta

est anno dñi.xxxj.fe.iiij.xvij.kal'.Maij luna.xv.inditione.iiij. Vñ initium illius euãgelij habet Lu.iij.q anno.xv.imperij Tiberij cesaris.s.sub q passus e xps/ factũ est vbum dñi sup Johãnẽ Zacharie filiũ in deserto: scz cum iohes esset triginta annorum: et venit in omnem regionẽ iordanis/ pdicans baptismũ pnie in remissionẽ peccatoꝝ. Dicebat aũt ad turbas que exibãt/ vt baptizarent ab eo: Facite dignos fruct9 penitentie: iã eñ securis ad radicẽ arboris posita est. Ois ergo arbor non faciens fructũ bonũ excidet 7 in ignem mittetur. Multa q̃dem et alia exhortans euãgelizabat populo. Vñ iudei videntes Johannis baptiste mirabilem natiuitatẽ 7 eius excellentẽ sanctitatẽ 7 austeritatem vite: ideo moti fuerũt ad opinãdũ ipsum esse christũ: pter qd miserunt nuncios ad Johãnem: volentes sup hoc scire veritatẽ. Lx. Et in isto mõ querendi exhibuerunt Johanni magnã reuerentiã: et hoc patet ex quattuor in littera. Primo: ex personis/ mittentes ad ipm nuncios: 7 hoc notatur cũ dicitur (Miserunt iudei).i.illi de tribu iuda/ qui erant nobiliores in pplo iudeorũ: in signum huius/ q de tribu iuda nasci voluit. Scdo ex loci nobilitate: q2 (ab hierosolymis) q̃ erat ciuitas sacerdotal' et regia: q2 erat caput regni. Tertio: ex nũcioꝝ dignitate. Misert ei (sacerdotes 7 leuitas ad eũ) q̃ erãt solẽnes psone: 7 in ipsis debebat scia 7 sctitas eminere. Quarto: ex psona ad quã mittunt.s. ex h q reqrũt testimoniũ de seipso: et tantã fidẽ habuerũt in dictis eius/ vt ei crederent ipi de se ipso.q̃ dicunt (Tu qs es?) vt rñsione ei9 discernerent qs ipe eẽt (7 ɔfessus e 7 nõ negauit: 7 cõfessus e: q2 nõ sum ego xps) nã xps.i. messias fuit pmissus iudeis ex dictis 7 scpturis pphaꝝ. audiẽtes q2 nõ eẽt xps: iterrogauerũt ɔseqñt si esset helias: q2 sicut aduentus xpi/ sic 7 aduẽtus helie fuerat iudeis pmissus. Vñ dicit Malach.vi. Ecce ego mittã vobis heliã pphetam anteq̃ veniat dies dñi magn9 (7 dixit nõ sũ).s.ego helias. Si qs diceret: xps Matth.xj.loquẽs de Johe dicit: ipse est helias. et Johãnes hic dicit: nõ sum helias: Rñdet/ q ipi querebant de persona helie: et ideo ad eoꝝ questionem respondit/ q ipe non erat helias in psona. Sed vt dicit Gregorius in homelia: Johãnes fuit helias in spiritu

mis sacerdotes 7 leuitas ad iohannem vt interrogarent euz: Tu quis es? Et confessus est 7 non negauit: 7 confessus est: q2 nõ sum ego christus. Et interrogauerunt eum: Quis ergo? Helias es tu? Et dixit: Nõ suz. Propheta es tu? Et respõdit: Nõ. Dixerũt ergo iudei: Quis es tu: vt responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de teipõ? Ait: Ego vox clamãtis in deserto: Dirigite viã domini: sicut dixit esaias propheta. Et qui missi fuerant erãt ex phariseis: et interrogauerunt eum et dixerunt ei: Quid ergo baptizas si tu non es christus: neq3 helias: neq3 ppheta? Respondit eis iohannes dicens: Ego baptiso in aq̃: medius autem vestrũ stetit quem vos nescitis. Ipse est q̃ post me venturus est: q̃ ante me factus est: cuius ego nõ sum dign9 vt soluam eius corrigiã calciamenti. Hec in bethania facta sunt trans iordanẽ vbi erat iohannes baptizans.

xpi similitudinē et conformitatē ipsius ad heliā. Primo in austeritate vite: quia de helia dr .iiij. Reg. j. quod fuit vir pilosus: et zona pellicea circa renes accinctus. Et de Johe dr Mat. iij. Et hēbat vestimētū de pilis camelorum: et zonā pelliceā circa lūbos eius. Scđo in dura rephēsiōe. Helias enim regē achab dure rephēdit: vt hr .iij. Reg. xviij. Johes herodem arguebat: vt hr Mar. vj. Fuit etiā silis helie in officio: quia iohes fuit pcursor primi aduentus/ sic helias erit pcursor scđi aduētus. Et h voluit xps/ cū dixit ipm esse heliā (Propha es tu? Rūdit nō) hic ergo. Johes negauit se esse phām tm: quia plus erat quam pha (Dixerūt ergo iudei: Quis es tu/ vt rūsum demus his q miserūt nos? Quid dicis de teipso? Ait) .s. iohes (Ego vox clamātis in deserto: dirigite viā dñi: sicut dixit Esaias pha) .i. ego sum ille de quo scriptura dic Esa. xl. q debet clamare in deserto iudee/ quod hoīes se pparēt ad aduētū xpi in mūdū. Et bñ signat iohes in pprietate vocis: quia erat annūciator Vbi dñi .i. xpi: quod ē Vbū pris fm diuinitatē. Vox enim ē añ Vbū/ sic Johes añ xpm. Itē sicut vox manifestat Vbum/ sic iohes xpm: tota enim vita et cōuersatio iohis fuit pparatio ad susceptionē xpi (et q missi fuerāt/ erant ex phariseis) Ly. pharisei int alios videbātur magis religiosi: ppt h dicebant pharisei a phares qđ ē diuisio: quia in hitu / in vita/ et gestu erāt ab alijs distincti in signū maioris religiōis Et iō pharisei erāt magne fame in pplo iudeorum (Et interrogauerūt eū et dixerūt ei: Quid ergo baptizas/ si tu nō es xps neque helias/ neque pha?) vñ Chrys. Interrogauerūt eū nō qsi scire volētes/ sed phibere eū a baptismo (Rūdit eis iohes dicēs: Ego baptizo in aq) .s. lauādo tm corpus: ad designādū illū q suo baptismate lauabit aīas. Conseqnter oñdit xpi excellentiā dicēs (medius aūt vrm stetit) .i. pñs inter vos in corpe apparuit: et cōi cōuersatiōe int hoīes cōuersatus ē: vt in euāgelijs: cū eis māducās et bibens/ ne ppt austeritatē aliq desperarent (quē vos nescitis) quātū ad diuinitatē (ipe est q post me vēturus ē) Tpo. ad pdicādū/ baptizādū/ et moriēdū (q añ me factus est) .i. in dignitate positus est: quia dignior ē et honoratior (cuius nō sum dignus .i. sufficiēs (vt soluā corrigiā calciamenti eius) vnde Hiero. ad Eustochiū: Xps nūquam fuit calciatus: ipe enim portare calciamēta aplis phibuit. Lu. x. Et xps semp fecit ope/ qđ docuit verbo. Vñ hr Act. j. Cepit iesus facere et docere. Ly. dicit/ quod hec ē locutio metaphorica: quia in hoc iohānes exprimit se nō esse dignū exhibere xpo etiam minimum ministeriū: hoc in Vbis iā exprimēs fm modū loqndi cōmunē. Cū enim qs suā paruitatē et excellētiā alterius vult exprimere: solet dicere cōiter: Nō sum dignus tangere sotulares eius: vel aliqd huiusmodi. (Hec in bethania facta sunt) Ly. nō ē illa q ppe hierlm est: et vbi lazarus fuerat suscitatus: sed alia eodē noīe vocata: sita supra iordanem ex altera parte fluminis in sorte duarū tribuū et dimidie. Et ideo ad hoc denotandū subdit (trās iordanē vbi erat iohānes baptizans) que aqua distat a hierlm ad vnā dictam: et in eodem loco cōsueuerat Johānes cōmorari/ et predicare/ et baptizare: et multi cōueniebant illuc ad eum vt baptizarent ab eo. Unde circa psens euangeliū vbi dr: Tu qs es? Querit: qre iudei magis de iohāne quam de xpo credebant? Rñdet Chrys. quod triplex fuit ratio: Prima ratio est: quia iohes erat de magno genere: vtpote filius zacharie magni sacerdotis. Et quia miraculose natus est de vtroque parente sterili et sene. Xps autem vt ipsi credebant/ erat filius fabri: et cuisdā paupcule mulieris/ et non miraculose natus: quia de iuuencula/ quāuis de sene patre. Secunda ratio est: quia iohannes in victu et vestitu magis asperā vitā quam xps agere videbat. Nā tunicā de pilis camelorū habebat: et zonā pelliceā ad lumbos eius: et cibus eius locuste et mel siluestre: vt pz Matth. iij. Xps autē cōmunibus vestibus induebat: et cōmuni cibo vtebat: et cū hoībus in nuptijs et in conuiuijs comedebat. Tertia ratio est: quia iohannes cōsortia hoim deuitabat: et in deserto morabat: latitās in antris et speluncis donec spūssanctus ei dixit vt exiret ad phibendū testimoniū de xpo. Et tūc ve-

nit ad iordanē pdicās baptismū pnie: vt pz Lu.iij. Xps aūt morabat cū hoibus et puersabat cū pctōribus et mādūcabat cū ipis: vt patz Matth.ij. Propterea ergo iudei ad iohannē legationez miserunt vt eū interrogarent an esset xps. Et respondit: qr nō sum ego christus.

gnauit qdragintaduob annis et .xij. annis ante natiuitatez xpi: et post tanta fuit pax in vniuerso orbe vt ad litterā videretur impletū qd pdixit: Esa.ca.ij. Conflabunt gladios suos in vomeres: et lanceas suas in falces.

Euangeliū in gallicantu natiuitatis christi. Luce. II.

In illo tempore

Exijt edictuz a cesare augusto: vt describeret vniuersus orb. Hec descriptio pma fctā ē a psi de syrie cyrino. Et ibāt omnes vt profiterent singuli in suā ciuitatē. Ascēdit autē et ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam in ciuitatē dauid q vocatur bethleē: eo q esset de domo et familia dauid: vt pfiterentur cū maria dspōsata sibi vxore pgnāte. Et factū est dū eēnt ibi: ipleti sunt dies vt pareret. Et pepit filiū suū primogenitū: et pānis eū iuoluit: et reclinauit eū in psepio: qr nō erat ei locus in diuersorio. Et pastores erāt in regiōe eadē vigilātes et custodiētes vigilias noctis sup gregē suū. Et ecce angelus dni stetit iuxta illos: et claritas dei circūfulsit illos: et timuerūt timore magno. Et dixit illis angel9

Postilla. Exijt edictum a cesare augusto Lu.ij. Historia huius euāgelij facta ē anno christi pmo vsuali .xij. kal. Januarij Feria .iij. luna xxviij. inditiōe .iij. Ante initium illius euāgelij scribit sanctus Lucas in precedēti capitulo/ ortum sancti Johannis baptiste .s. quō nunciatus est p angelum gabrielē pri suo zacharie in tēplo/ et quō nat9 est d sterili mre/ et quō in circūcisione vocatū est nomen ei9 Johannes: et quomodo ipe puer crescebat q̄tuz ad augmentum corpis et pfortabat spū: scz q̄tum ad augmentum gratie et virtutis: et erat in deserto vsqz ad diē ostēsionis sue israel: et describit ortū precursoris. Hic psequenter describit ortuz saluatoris dicens: Factum est autē in diebus illis (Exijt edictū a cesare augusto) Ly. Hic ostendit tēpus natiuitatis christi: q natus est imperāte cesare augusto: q noiatus ē Augustus ab augēdo: qr valde notabiliter auxit impiū romanū: q re-

Unde etiā in ps. lxxj. Orief in diebus eius iusticia et abundantia pacis. Item Esa.ij. Nō leuabit gens contra gentem gladium. Et sic in diebus cesaris Augusti omnibus gentibus romano imperio iectis fuit pax vniuersalis i orbe: Ideo mādauit (vt describeretur vniuersus orbis) vt p hoc sciretur qualiter terre essent populate: et q̄nta tributa sue glorie possent reddere: vt sic tributis indebitis non grauarentur: et etiam scireē per quem modum singule terre a romano imperio melius regerentur. (Hec descriptio pma facta est a preside syrie Cyrino) Hunc enim Cyrinum cesar augustus prefecerat terre Syrie ad ipam regendā. Et quia syria erat in medio terre habitabilis: et ibi fuit ipsa descriptio pmo incohoata/ vt inde denunciaret fieri in alijs puincijs circulariter. (Et ibāt oēs vt pfiterent singuli in ciuitatē suā) .s. vn̄ oriūdi erant. Profitebant āt dupl'r se subiectos eē romano impio .s. scripto/ q noia eoz scribebāt: et facto/ qr

soluebāt cēsum impatori.s.vnū nūmū argēteū valētē.x.nūmos vsuales(Ascēdit aūt z ioseph).s.vir marie(a galilea) qz inferior erat q̄ iudea(d̄ ciuitate nazareth) vbi xp̄s ɔcept⁹ erat/ z in q̄ ioseph manebat (i iudeā ciuitatē dauid).i.i bethleē: q̄ d̄r ciuitas dauid/ qz inde oriundus fuit.j.Regū.xvij.(eo q̄ esset de domo z familia).i.d̄ gn̄e(dauid: vt ꝓfiteret̄ cū maria sibi despōsata vxore p̄gnāte)ipsa em̄ erat de eadē tribu cū ioseph. Et licet maria nō fuiss; obligata tā̄q̄ p̄gnās illuc ire/ ꝓpᵗ lōgitudinē vie: qz nazareth distat a bethleē q̄si p tres dietas: tm̄ ꝓpᵗ exēplū obedientie cū ipsis mulierib⁹ ire voluit. Itē ex diuina dispositiōe h̄ factū ē: vt sic xp̄s nasceret̄ in bethleē: sic̄ p̄dictū fuit Mich.v. Et tu bethleē t̄ra iuda neq̄q̄ minima es in p̄ncipib⁹ iuda: ex te em̄ exiet dux q̄ regat ppl̄m meū isrl̄(Et factū ē dū eēnt ibi ipleti sūt dies ei⁹ vt pareret).s.nouē mēses ipleti sūt a die ɔceptiōis xp̄i (z pepit filiū suū p̄mogenitū)Dr̄ aūt p̄mogenit⁹: nō qz post illū habuit filios alios/ s; qz an̄ illū aliū filiū non habuit: qz sic̄ an̄ partū/ ita in partu/ z post partū inuiolata virgo p̄mā̄sit. Tūc impleta ē ista ꝓphetia. Esa.vij. Ecce v̄go cōcipiet et pariet filiū. Et ip̄a btā v̄go maria magnū gaudiū habuit in xp̄i natiuitate: z h̄ ideo: qz sine dolore/ sine afflictione/ z sine debilitatione sui genuit filiū/ quē sciuit esse deū z hominē: nā sic̄ v̄go ɔcepit/ z sine dolore genuit(z pannis eū inuoluit).s.p seip̄am. Ly. ex q̄ p; falsitas ist⁹ qd̄ scribit̄ i li.d̄ ifantia saluatoris.s.ip̄a; obstetrices habuisse: q̄ nō req̄runt̄/ nisi ꝓpᵗ afflictionē m̄ris in ptu: q̄ non habuit locū in v̄gine puerpera: qz pepit sine dolore z sine debilitate(z reclinauit eū in p̄sepio) Ly. ioseph em̄ i itinere adduxerat secū asinū ad portādū vxorē p̄gnantē: z bouē ad vēdēdū: vt de p̄cio solueret expēsas i via. Et ill' duob⁹ aialibus fecit p̄sepiū iux̄ se: in q̄ btā v̄go reclinauit filiū natū qd̄ fuerat p̄dictū Esa.j. Cognouit bos possessorē suū: z asin⁹ presepe dn̄i sui. Dicunt em̄ q̄dā/ q̄ asinus z bos genuflexerūt corā xp̄o. abacuk.iij. In medio duū aialiū cog̃sceris. vn̄ Bern̄. O xp̄iane vide/ q̄lis ꝓ te factus est xp̄s: qz si rex/ vbi aula regia vbi throni sublimitas/ vbi curie regalis freq̄ntia? Ecce aula regia/ stabulū: throni sublimitas/ p̄sepiū: curie regalis freq̄ntia/ bos et asin⁹(qz nō erat ei locus i diuersorio) Hor. h̄ rep̄hēdunt̄ xp̄ianoꝝ delitie/ diuitie/ z honores hui⁹ mūdi. Delitie in h̄/ q̄ dei fili⁹ nō mollib⁹ vel calidis pellicis idut⁹ fuit/ s; vilib⁹ pannis inuolut⁹. Honores in h̄: q̄ nō in palatio/ s; in p̄sepio eū reclinauit m̄r sua. Diuitie i h̄ q̄ locū nō habuit in diuersorio. vn̄ Ber. O hō q̄d sollicitus es de regali palacio? ecce rex tu⁹ iacet in p̄sepio. q̄d cogitas de p̄cioso indumēto? rex tu⁹ induit̄ vili pānicul o(Et pastores erāt in regiōe eadē vigilātes z custodiētes vigilias noctis sup gregē suū).s.int̄ hierl̄m z bethleē: q̄ ciuitates distāt ad duo miliaria ab īuicē(Et ecce angelus dn̄i stetit iux̄ illos).s.parat⁹ ad reuelādū eis diuina (z claritas dei circūfulsit eos)nō tm̄ exterius in corpe/ sed etiā interi⁹ in mente(Et timuerūt timore magno)ex isolita visiōe: s; angel⁹ dn̄i cōsolabat̄ eos dicēs(Nolite timere) cui⁹ causam subiūgit(ecce em̄ euāge. vob gaudiū ma. qd̄ erit oi po.)no solū iudeoꝝ/ s; etiā gētiliū. Hor. Et h̄ gaudiū est magnū f̄m oē; dimēsiōe;: qz altū/ ꝓfūdū/ lōgū/ latū.

Nolite timere: ecce em̄ euāgelizo vobis gaudiū magnū: qd̄ erit oī pp̄lo: qz nat⁹ est nob hodie saluator: q̄ est xp̄s dn̄s: in ciuitate dauid. Et hoc erit vobis signū: Inuenietis infantē pannis inuolutū z positū i p̄sepio. Et subito facta est cum angelo m̄ltitudo celesti militie exercitus laudātiū deū z dicētiū: Glia in altissimis deo: Et i terra pax hoibus bone voluntatis.

Altū: qꝛ eiꝰ altitudo attingit celū. Unde Bern. Magna est hodierna festiuitas: celū replet antequā terrā. Profundū: qꝛ eiꝰ ꝓfunditas penetrat infernū. s. vsq ad sanctos q erāt in lymbo. Itē eiꝰ lōgitudo ꝓtendit a pncipio mūdi vsq ad finē mūdi. Itē eiꝰ latitudo occupat orbē terrarū. vn̄ hodie canit in pfatiōe misse scōe: ꝓfusus gaudijs totꝰ i orbe trarū mūdus exultat: (Qꝛ natꝰ ē nob) scꝫ hoibꝰ ꝛ angel pit/qꝛ ꝯsortio hoim reparanda est ruina angelorū (hodie) Ly. dicit hodie quis eēt nox: qꝛ nox illa ex claritate diuina fuit ita illuminata ac si esset dies clarissima: sm q fuerat pdictū i ps. cxxvij. Et nox sicut dies illuminabit (saluator) q ē xps dn̄s (i ciuitate dauid) .i. in bethleē (Et hoc erit vobis signū: Inuenietis infantē pānis inolutū) ꝛ nō sericis inolutū (positū in p̄sepio) ꝛ nō i palacio (Et subito facta ē cū angelo) q tanq pncipal int alios nunciauerat xpi natiuitatē (multitudo militie celestis). i. angelorū: q noīe militie designant/qꝛ ꝓ salute hoim cū demonibꝰ pliant. Un̄ Apoc. xij. Michael ꝛ angeli eiꝰ pliabant cū dracone (laudantiū dn̄m) de xpi natiuitate (et dicentiū: Gl'ia in altissimis deo) qꝛ lꝫ eiꝰ glia vbiq luceat: maxime tn̄ i excelsis: id est i celo empyreo: vbi est oim sanctorū habitatio (Et in tra pax hoibꝰ bone volūtatis) Et notant dicit: pax i terra et nō glia/qꝛ in tra est pax/ꝛ i celo glia. Annūciat aūt pax hoibꝰ bone volūtatis: qꝛ regnū dei tm̄ valet quātū habes. Un̄ Remigius: Si eñ diuitias zachei nō habes: si desunt tibi duo minuta vidue: si nec calicē aque frigide potes offerre: offer deo bonā volūtatē. Un̄ Aug. aspicit deus intꝰ volūtatē vbi nō inuenit facultatē. vn̄ Chry. Dextera tua plena bona voluntate.

Qualiter multis miraculis fuit declarata christi natiuitas.

¶ Natiuitas xpi sm Innocen. papā multis miraclis fuit declarata: Nā ipa nocte obscuritas noctis vsa est i diē. Itē cū tpe natiuitatis xpi sn ꝛ pꝰ fuisset pax i oibꝰ terris ꝛ ꝓuincijs romani templū pacis pulcherrimū ꝯstruxerūt: ꝛ cōsulentes apollinē deū suū quādiu duraret teplū hō: Respōdit eis: quādiu vgo nō pariet. His auditis dixerūt: Teplū pacis in eternū manet: impossibile eñ credebāt vginē parere. Un̄ in foribꝰ tēpli scripserūt: Teplū pacis in eternū manet. sꝫ ipsa nocte q virgo pepit tēplū fūditꝰ corruit. Itē sm ꝓphetiā Hiere. Signū datū ē eis: qꝛ oia idola corruerēt qn̄ vgo pareret. et ꝓpt hoc sacerdotes idolorū imaginē vginis puerū in gremio baiulantē fecerūt: ꝛ in secreto loco tēpli ponētes adorauerūt. Itē ex legēda lōbardica hr q ipo die natiuitatis xpi statua romuli ꝛ oia idola in diuersis locis corruerūt. Itē ipo die tres soles i oriēte apparuerūt: q paulatim i vnū corpꝰ solare redacti sūt. Itē Inno. papa dic: q fons aq̄ in ipsa nocte in liqrē olei versus est ꝛ tota die largissime manauit fluēs vsq in tyberim: sic Sibylla ꝓphetauerat: q nisi crūperet fons olei nō nasceret saluator. Itē Inno. papa dicit: q Octauianꝰ impator cū vniuersū orbē iurisditiōi romane subiugaret: intantū senatui placuit/vt eū ꝓ deo colere vellēt. Ad illorū g instātiā Sibyllā ꝓphetissam ꝯsuluit: si maior eo aliqn̄ nasceret. Cū g i die natalis xpi Sibylla i camera impatoris orōnibꝰ insisteret: in die media aureꝰ circulus apparuit circa solē ꝛ in medio circuli vgo pulcherrima puerū gestās in gremio. tūc hoc cesari ostēdit. Admirās aūt ipator: audiuit vocē dicētē: Hec ē ara celi. Dixitq ei Sibylla: Hic maior te ē: io ipm adora. Eūdēq locū i honore b. marie vgis dedicauerūt: q vsq hodie scta maria ara celi dr. Imperator igit illi puero hostias obtulit: ꝛ ipse deos suos de cetero colere recusauit. Huic dicto ꝯcordāt Timotheus historiographus ꝛ Orosiꝰ ꝓ magna pte. Circa pn̄s euangeliū vbi dr: Annūcio vobis gaudiū magnū. ¶ Notādū q magnū gaudiū instat toti ppl'o xpiano de natiuitate filij dei in hūana natura i ꝓximo tolerāda: p quē natura hūana ē sup oia exaltata. ꝛ oibus bonis repleta. Natꝰ ē eñ filiꝰ dei cū sacco pleno oim grarū ꝛ vtutes nob gratis donauit: Ad Rom. viij. Quō etiā non oia cū illo nobis donauit? ꝓpterea angelꝰ dixit (Annūcio vobis gaudiū magnū. quia

natus est nobis saluator) Ubi notandu3/ q᷑ pri⁹ hō .s. Adā pductus fuit sine pre et matre. Secūdus hō .s. Eua producta fuit ex patre sine matre: ⁊ oēs alij hoīes ex patre ⁊ matre. Restabat aūt qrt⁹ modus: vt q̄ produceref ex mre sine patre. sic xp̄us bodie natus ē. Et in hac q̄rta generatione/ filij omnes in terrā suā sc3. celestē hierusalem per christi meritū redierunt: sicut in figura dc⁹ dixit Abrae Geñ. xv. Generatione aūt quarta reuertentur.

¶ Postilla.

Et factū est cū discessissent angeli ab eis. Hec historia signaf vt supra. Ante initium illius euan. scribit sctūs Lu. illō euā. qō hodie in nocte christi lectum est: ⁊ statim post v̄ba angelorum laudantium deum ⁊ dicentium: Gloria in altissimis deo: ⁊ in terra pax hoīb⁹ bone volūtatis: sequif hoc p̄ns euāgeliū. Et factū est cū discessissent angeli ab eis in celū (Pastores loquebātur adinuicē: Trāseam⁹ vsq3 bethleē) Lyra. Hic describif pastorū deuotio: q2 stati post visionē istā dimisso grege ierunt ad videndū natum. Factu3 est postq̄ angeli discessissent ab eis .s. pastoribus in celu3: id est postq̄ aspectibus pastorū se abstraxerūt ascēdētes in celū (Pastores loq̄bātur ad inuicē) sc3 de xp̄i natiuitate. Sicut et duo discipuli euntes in emaus de eius passione. Lu. xxiiij. dicētes (Transeam⁹ vsq3 bethleē ⁊ videamus hoc verbum) id est puerū natū per verba angeli nobis significatū. (Qō fecit dn̄s et ostēdit nob.) sc3 p angelū (Et venerūt festinātes) Lyra: ex desiderio videndi christum: vt et citius redirent ad gregē/ quē sine custodia dimiserāt (Et inuenerūt mariā et ioseph et infantē) .i. christum (positum in presepio) sicut angelus eis dixerat. (Uidentes autem cognouerūt de verbo qō dictum erat illis d̄ puero h̄) q2 nō solū fuerunt illuminati exterius/ sed etiam interius de cognitione verbi: ⁊ sic p cognitionem humanitatis venerūt ad cognitionem deitatis. Nec sunt scandalizati de tāta paupertate; s3 pampli⁹ in fide roborati sunt. Et ceperūt p̄dicare marie et ioseph ⁊ cūctis astātib⁹ illam quam viderāt claritatem: ⁊ q᷑ audierant angelicos hymnos (Et oīnes q̄ audierāt/ mirati sunt de his que dicebanf a pastorib⁹ ad illos) Glo. nō solū mirabantur de incarnatiōis mysterio/ sed etiā de tanta pastoꝝ attestatiōe: quā simplices nescirēt fingere inauditā .s. vt simplici facūdia vera p̄dicarēt (Maria autē cōseruabat oīa v̄ba hec) sc3 q̄cq̄d angelus ei retulerat gabriel: q̄cq̄d a pastorib⁹ audierat/ q̄cq̄d expta fuerat (cōferens in corde suo) Lyra. Illa collatio erat marie valde delectabilis/ et toti ecclie vtilis: q2 sm qō dicit Hiero. in sermone de assumptione btē marie v̄ginis: Ipsa post ascēsionē filij sui remansit ad tps in terris cū apostolis: vt eos plenī⁹ instrueret de verbo incarnato: de quo plen⁹ erat edocta p

In diluculo. Euan. Luce. ij.

In illo tempore Pastores loquebātur adinuicem: Transeamus vsq3 bethleem: ⁊ videamus hoc verbū qō factū est: qō fecit dn̄s ⁊ ostēdit nob. Et venerūt festinātes: ⁊ inuenerūt mariā ⁊ ioseph ⁊ infantem positū in p̄sepio. Uidentes autē cognouerūt de verbo qō dictū erat illis de puero hoc: ⁊ oēs q̄ audierant mirati sunt de his que dicta erāt a pastorib⁹ ad ipsos. Maria aūt cōseruabat oīa v̄ba hec cōferēs in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificātes et laudātes deū in omnibus que audierāt ⁊ viderant sicut dictum est ad illos.

spm̄ sanctū: et oīa familiarius viderat et tractauerat vniuersa: ꝓpt̃ qđ meli⁹ expri= mere poterat: q2 qđ meli⁹ nouim⁹/ meli⁹ et ꝓferim⁹ (Et reuersi sunt pastores). s. ad gregem suum (glorificantes). s. corde (et laudantes). s. ore (deum) de be= neficio toti mundo collato generaliter ꝛ eis ostenso speci= aliter (in oīb⁹ que audierāt). s. ab an gelis (et viderant) scilicet ꝓprijs ocu= lis suis (sicut dictū est ad illos) scilicet per angelū qui an= nunciauit eis nati= uitatem christi.

¶ Postilla.

In pncipio erat verbū. Johan nis. j. Tho. Johā nes euāgelista per cōtemplationē ce= teris euangelistis alti⁹ eleuatus/ ver= satur principaliter circa verbi diuini= tatem/ cū alij prin= cipalter describūt eius humanitatez. Et primo ostendit vbi excellentiā prout cōsistit in seipso di= cens (In principio erat vbū) vñ Augu= stinus: In pr̃e erat fili⁹: vel in eternitate erat filius: vel in pr̃e filius eiusdē substā= tie cū eo (ꝛ vbum erat apud deū). i. coe= ternum ꝛ coequale ipsi (Oia p ip̄m facta sūt) Tho. oia visibilia ꝛ inuisibilia/ spūa= lia et corpalia (ꝛ sine ipso factū est nihil) Hor. Nam pater sine vbo nihil facit. vñ dicit (ꝛ sine ipso) supple vbo oīa faciē= te (factuz est nihil) naturaliter subsistēs: ꝓpter pctm̄ qđ per se non est (qđ factum est in ip̄o). s. vbo. i. icarnatio/ passio/ re= surrectio et huiusmodi (vita erat) id est causa vite nobis. Joh. xj Ego sum resur rectio et vita. sic exponitur ɓm Hila. (et

In missa diei Euan. Joh. I.

In principio erat verbū: ꝛ verbū erat apud deū: et deus erat verbum: hoc erat in pncipio apud deū. Om nia p ip̄m facta sunt: ꝛ sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat: ꝛ vita erat lux hominum: ꝛ lux in tenebris lucet: et tenebre eam non com= prehenderūt. Fuit homo mis= sus a deo: cui nomē erat iohan nes. hic venit in testimoniū: vt testimoniū phiberet de lumine vt omnes crederent p illū. Nō erat ille lux: sed vt testimoniū perhiberet de lumine. Erat lux vera que illuminat omnem ho minem venientē in hūc mūdū:

vita erat lux hoim). s. q2 hoies illuminat et videre facit. vñ in ps. iiij. Signatū est sup nos lumē vult⁹ tui dñe. vñ Augusti= nus: Sicut em̄ nō videt oculus nisi a luce corpali illuminet̃/ sic nō videt itellect⁹ nisi a lumie spūali illu= minet̃ (et lux in te= nebris lucet). s. cū pctōres facit vera intelligere (ꝛ tene= bre eā nō cōprehē derunt). i. infideli tatis tenebris ob= tenebrati ip̄m non ꝯgnoscūt (Fuit hō missus a deo) Hic ponit̃ cōmendatio precursoris. s. Jo= hannis baptiste di cens Malach. iij. Matth. xj. Mar. j. Ecce ego mitto angelū meum ante faciē tuā/ q̄ prepa= rabit viā tuaz ante te (fuit hō missus a deo). s. ad baptizā dū et ad predican= dū: vñ ea q̄ loquit̃/ nō loquit̃ a seipso/ sed ex deo qui euz misit: Et idō vba ei⁹ sunt recipienda quasi vba dei (cui nomē erat iohannes) Tho. Johānes interpretat̃ in q̄ est grā: et ideo cōpetebat sibi hoc nomē q2 in ip̄o maxime grā diuina abundauit. vnde Lu ce. j. Spūsancto replebit̃ adhuc ex vtero mr̄is sue (hic venit in testimoniū vt testi= monium perhiberet de lumine). i. de iesu xp̄o nato de vgine: sicut radius nascit̃ a sole sine aliq̄ ei⁹ corruptiōe vel diminuti= one. Officium em̄ eius fuit testificari de xp̄o qui est vera lux/ vt eius testimonio il lustret: ꝛ sic oēs in ip̄m crederēt: ꝛ hoc est quod sequit̃ (vt omnes crederent). s. in xp̄m (per illum). s. iohannem (nō erat ille lux) sed erat tm̄ testis illius luminis. Unde sequit̃ (sed vt testimoniū phiberet

de lumie) .i. de icarnata diuinitate (erat lux vera) .i. naturalis fons toti⁹ lumis p essentiā (q̄ illumiat oēm hoiem venientē in hūc mūdū) Ly. q̄tū est in se: q2 si ali q̄ nō sunt illumiati/ h̄ est q̄ se subtrahūt ab influētia hui⁹ lucis vñ Chrysosto. Para⁹ est illūinare/ sz nō oēs illuminant: q2 claudūt viam lumini. Exēplū de ceco exñte in sole (in mūdo erat) p p̄sentiā diuitat; q2 nō ē loc⁹ vbi nō est de⁹: (et mundus eū nō cognuit) .i. pctōres mūdialiter viuētes (in ppria venit) .i. in mūdū/ q̄ suus est vtpote ab eo fact⁹. Beda. In mundo erat p diuinitatē/ in mūdū venit per icarnationē: venire quippe vl' abire est hūanitatis/ z manere diuinitatis. Vñ sensus est: venit .i. visibilis apparuit per incarnationē (z sui eū non receperūt) .i. iudei: q̄ dicunt sui/ q2 s'm carnem erat ex eoꝝ genere: q2 de semie dauid q̄ erat rex in isrl' vsq3 in sempiternū. s'm illud Deu. xxvj. Elegit te dñs in pplm peculiarē (et sui) .i. iudei (eū) .s. cōditorē suū (nō receperūt) .s. p fidē: q2 pauci de iudeis cōparatiue crediderunt xp̄o. vñ Esa. j. Filios enutriui z exaltaui: ipsi aūt spreuerūt me (q̄tq̄t aūt receperūt eū) Hor. siue iude⁹/ siue gētilis/ siue nobilis/ siue ignobilis/ siue femia/ siue masculus/ siue puer/ siue senex (recepeūt eū) p fidē credendo (dedit eis ptātē filios dei fieri) p regeneratiōez baptismi: q̄ nō dat nisi pfitētib⁹ fidē xp̄i p se/ si sunt adulti: vel p aliū/ si sūt puuli. z in h̄ notat magna charitas dei. j. Joh. iij Uidete qualē charitatē dedit nob' pater/ vt filij dei nōiemur et sim⁹. Et insup magna vtilitas hois. vñ Ro. viij. Si filij et heredes heredes q̄dē dei/ coheredes aūt

In mūdo erat: z mūdus p ip̄m fact⁹ ēst: z mūdus eū nō cognouit. In ppria venit: et sui eū nō receperūt. Quotquot autē receperūt eum: dedit eis potestatem filos dei fieri: his qui credunt in nomine ei⁹. Qui non ex sanguinibus: neq3 ex volūtate carnis: neq3 ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt: et v'bū caro factū est: et habitauit in nobis: et vidim⁹ gloriā eius gloriam quasi vnigeniti a patre: plenū gratie et veritatis.

xp̄i. Sz posset q̄ri q̄b⁹ data fuit hec potestas? Idcirco subdit (his q̄ credūt i noīe eius) .q.d. his q̄ credūt xp̄m esse verum deum z verū hominem. Et istis data est potestas/ q̄ sint filij dei. Q2 aūt ista generatio spūalis differat a carnali generatiōe/ ondit euangelista dicens (qui nō ex sanguinibus neq3 ex voluntate carnis/ neq3 ex voluntate viri/ sed ex deo nati sunt) Hora: quasi diceret: hi sunt filij dei/ nō qui generantur ex cōmixtione sanguinum viri z femine/ cōcupiscentia vtriusq3 mouente actū generationis/ sed per gratiam adoptionis in baptismo. Vñ Johannis. iij. Quod natuz est ex carne/ caro est: z qđ natum est ex spiritu/ spiritus est (Et verbū caro factum est (id est deus homo factus est (et habitauit in nobis) Thomas: id est inter nos hoies (z vidimus gloriam eius) scz in miraculis: sicut est suscitatio mortui/ illuminatio ceci: z sic de alijs. z etiā viderūt/ q̄ creature obedirent ei ad nutū suum/ sicut dño et creatori. Vñ hoies in naui existētes cū aplis qñ orta est magna tempestas/ dixerunt: vt habet Matth. viij. Qualis est hic/ quia venti et mare obediunt ei? Sed posset queri/ qualē gloriā? Rñdet euangelista (gloriā quasi vnigeniti a patre) nō sicut videm⁹ gloriā alioꝝ pphetarū z sanctoꝝ: sed talē z tantā vt decet vnigenitū: q2 xp̄s cōiter miracula faciebat imperando: vt patet ex discursu euāgelij: p quod ostēdebat/ q̄ illa faciebat v'tute ppria sic de⁹ q̄ est omnipotēs: pp̄ter hoc dicit Luce. vj. Q2 virtus de illo exibat et sanabat omēs (plenū grē) Thomas: vt remittat peccata (z veritatis) vt impleat pmissa.

Dñica infra octauas Natiuitatis dñi Euãge. Luc. II.



In illo tempe

Erat ioseph ꝛ maria mater iesu mirãtes sup his que dicebant de illo. Et benedixit illis symeon: ꝛ dixit ad mariã matrẽ ei⁹: Ecce positus est hic ĩ ruinã ꝛ in resurrectiõez ml̃toꝝ ĩ isrl̃: ꝛ ĩ signũ cui cõtradicet. Et tuã ipi⁹ aĩam ptrãsibit gladi⁹: vt reuelent ex multi cordib⁹ cogitationes. Et erat ãna pphetissa filia phanuel de tribu Aser. Hec pcesserat in dieb⁹ multis ꝛ vixerat cũ viro suo annis septem a virginitate sua: ꝛ h̃ vidua vsq

¶ Postilla. Erat Joseph ꝛ Maria mater iesu ꝛc̃. Luc. ij. Historia hu⁹ euã. facta ẽ anno incarnationis christi pmo iiij. nonas Februarij feria. v. luna. xj. indictione. iiij. Ab initiũ illius euãge. scribit s. Lu. in eo. ca. ꝙ Symeõ accepit puerũ iesuz ĩ vlnas suas ꝛ bñdixit deũ ꝛ dixit: Nũc dimitt̃ sũu tuũ dñe / sm̃ vbũ tuũ ĩ pace Quia viderũt oculi mei sa. tu. ꝛc̃. Tũc sequit̃ euange. ho. (Erat ioseph ꝛ maria mr̃ iesu) Et hodiernũ euã. factũ ẽ in die purificatiõis marie. s. q̃dragesimo die p⁹ natiuitatẽ xp̃i. ꝛ ĩ h̃ euã. ponit̃ parẽtũ xp̃i admiratio di. (Erat Joseph) q̃ erat pr̃ putatiuus xp̃i Lu. iij. ꝛ ipe ih̃s erat incipiens q̃si annoꝝ xxx. vt putabat̃ filius. ioseph vl̃ qꝛ nutritr⁹ ei⁹: sic̃ nutrix pueri dr̃ mater ei⁹: (ꝛ mr̃ iesu) scꝫ virgo maria (mirãtes sup his q̃ dicebant̃ de illo) tũc a symeone et ab ãna vidua ꝛ prius a pastorib⁹ in natiuitate xp̃i: et etiã a regib⁹ quos stella adduxit ad xp̃m tredecima die post natiuitatẽ xp̃i (ꝛ benedixit illis Symeon et dixit ad Mariã matrẽ eius:) dixit abt ad Mariaz magis q̃ ad Joseph: quia magis pertinebat ad eã de puero: qꝛ ipsa erat vera mat̃ xp̃i (Ecce hic) id ẽ xp̃us (positus est) id est a deo statut⁹ (in ruinã ꝛ ĩ resurrectionem multoꝝ in israel) Hor. i. in ruinã nõ credentium: et ĩ resurrectionem multorũ / scꝫ credentiũ. Iteꝫ in ruinam vitioꝝ ꝛ in resurrectioneꝫ virtutũ (ꝛ in signum) i. scilicet federis inter hoies ꝛ deuꝫ (cui contradicet̃) a sacerdotibus et legisperitis ꝛ phariseis et multis alijs qui negauerũt euꝫ esse verũ messiam / et mediatorẽ dei et hominum (ꝛ tuam ipsius animã pertransibit gladius) id est dolor domini ce passionis: Non eñi potuit videre filiũ suuꝫ crucifigi sine affectu doloris materni. Damas. Dolores q̃s aufugit Maria pariẽs: hos tempore passionis christi sustinuit. Ex his patet ꝙ maius fuit martyrium beate virginis q̃ aliorum sanctorum. Unde Hieronymus in sermone de assumptione beate Marie virginis dicit: ꝙ quia in parte impassibili passa est / plusq̃ martyr fuit: quia alij mar-

tyres passi sunt in corpe/ista in corde: (vt reuelētur ex multis cordib⁹) id est ex multoꝝ cordibus (cogitatiões) que prius occultabantur. Nam tempore passionis christi patuit malicia sacerdotū/ odiuȝ iudeorum/ duricia populi/ incōstantia pilati/ auaricia Jude/ pusillanimitas petri/ ⁊ alioꝝ apostoloꝝ/ ⁊ cōstantia fidei in Maria virgine Luc. v. Licet beata virgo ex passione filij maxie afflicta fuerit: tamen in fide imobilis et firmiter stetit. Alij aūt apl'i ⁊ discipuli q̄tūlibet solidi/ dicūt dubitasse ⁊ circa hāc fidē fluctuationē diuersaꝝ cogitationū habuisse: vsq₃ dū viderēt ipm a mortuis resurrexisse (⁊ erat anna ꝓphetissa) q₂ donuȝ ꝓphetie habuit (filia phanuel de tribu Aser) Hor. q̄ fuit patriarcha et in numero duodecim patriarcharū octau⁹. Et sic cōmendat' sctā Anna gener' nobilitate (hec) s₃ Anna (ꝓcesserat in diebus multis ⁊ vixerat cū viro suo annis septē) sc₃ nō diuidendo carnē suā cum alio. Un̄ Gen̄. ij. Erūt duo in carne vna (a virginitate sua) q₂ vsq₃ ad mr̄imoniū virginitatē suā seruauit (⁊ hec vidua erat vsq₃ ad annos octogintaq̄ttuor) Hec cōmēdat' q' tā longo tempore in viduitate permansit: et q̄uis iuuenis fuit qn̄ vir suus obijt: tamē aliū virū nō duxit (que nō discedebat de templo) Ly. nō q' ibi semper esset/ s₃ frequenter. Sic incongruo tempore sollicite frequentanti ecclesiā dicitur cōmuni modo loquēdi: talis semper est in ecclesia (ieiunijs) quibus incentiuū carnis repꝛimitur (et obsecrationibus) id est sacris orationibus: quibus mens in deū eleuat' (seruiens nocte ac die) id est valde freq̄nter. (⁊ hec ip a hora supueniēs) scilicet in die purificationis Marie. Ly. non a casu vel a dispositione humana/ sed spiritussancti

ad ānos. lxxxiiij. q̄ n̄ discedebat de tēplo ieiunijs ⁊ obsecratiōibus suiēs nocte ac die: ⁊ h ipsa hora supueniēs ꝯfitebat' dn̄o ⁊ loqbat' de illo oībus q̄ expectabāt redēptionē israel. Et vt pfecerūt oīa s'm legē dn̄i reuersi sunt in galileā in ciuitatē suam nazareth. Puer aūt crescebat ⁊ ꝯfortabat' plenus sapientia: et gratia dei erat in illo.

reuelatione: sicut dictuȝ est de Symeone (cōfitebat') sc₃ gratias agens deo de tanto beneficio (et loquebatur de illo oīb⁹ qui expectabant redemptionē israel) .i. ppl'i israelitici: annūciās eis natū esse saluatoreȝ mundi: (⁊ vt pfecerūt omnia s'm legem dn̄i) sc₃ Maria et Joseph: sc₃ nihil obmittentes/ q̄uis non tenerent (reuersi sunt i galileā in ciuitateȝ suā nazareth. Puer āt crescebat) sc₃ i corpore s'm q' h ō (⁊ cōfortabat') augmento roboris) q̄ ad corp⁹ (plen⁹ sapiētia) q₂ i eo sunt omnes thesauri sapientie ⁊ scientie absconditi (⁊ gratia dei erat in illo) Ly. q₂ totā plenitudinem grē habuit ab instanti sue cōceptionis. Sed q̄tū ad ostensionē in effectu magis appebat s'm q' ille i corpe crescebat. vn̄ Theophi. dicit: Si xp̄s a iuuētute oēm sapiam suā demōstrasset/ visuȝ fuisset q̄si ꝓdigiū. Ex q̄ crescebat nō sic intelligēdū est q' q̄si aliquo tempore min⁹ habuisset de gratia ⁊ sapientia ⁊ postea horū recepit incremētum: q₂ plenus fuit diuinitate sapientia ⁊ scientia ab instanti sue cōceptionis. Dicit' autē notanter: crescebat .i. crescere videbatur: nūc minus/ nūc magis suā sapiam manifestās ⁊ gratiā. Sicē sol q̄uis eiusdē lucis et caloris sit mane sicut in meridie: tamē crescere ⁊ augeri dicit' quo ad eos q̄ magis eius lucem ⁊ calorem percipiunt. ¶ Un̄ circa presens euangeliuȝ vbi dicit': Et tuā ipsius animā pertrāsibit gladius: Sciendūȝ q' gladius Symeonis nonies ptrāsiuit aiam virginis Marie tpe passionis xp̄i. Primo quādo audiuit eū captū ⁊ ligatū esse a iudeis ⁊ p̄sentatum primo Anne/ postmodū Cayphe. Scd̄o qn̄ i die parasceues hora tertia vidit eū exire crucē portātē int' duos latrones cōsputū/ flagellatū ⁊ coronatū: vadētem ad locū pas-

stõis τ mort: sue festinant. Tertio: qñ vi= dit eũ exui nudũ τ sup cruce̾ clauis affigi Quarto qñ vidit eũ ĩ cruce eleuari / τ a sa cerdotib⁹ iudeoꝝ τ ab alijs p̄tereũtib⁹ ei cõuicia īferri di. vach q̃ destruis tẽplũ dĩ τ in triduo reedifi= cas illud: alios sal= uos fecit / seip̄m nõ põt saluũ facere: si fili⁹ dei ẽ / descẽdat nũc d̾ cruce. Quin to qñ audiuit eũ pe tẽtẽ bibere: τ ñ po tuit hr̄e haustũ aq̃ s3 datũ fuit sibi vi= nũ felle mixtũ. Se xto qñ vidit eũ p̄ maxio dolore lachrymã tẽ τ dicẽtẽ: De⁹ me⁹ de⁹ me⁹ vt q̃d me de= reliq̄sti? Septio: qñ p̄ magna pẽa clamãs in cruce voce magna emisit sp̄m. Octa= uo qñ post ei⁹ mortẽ vidit cor ei⁹ lãcea ꝑfo rari. Nono qñ corp⁹ ei⁹ ẽ depositũ de cru= ce: tũc iesũ x̄pm filiũ suũ ĩ brachia sua sus= cepit: τ osculata est oĩa vulnera ei⁹.

In octaua natiuitatis dñi. Euangelium Luce. II.

In illo tempe Postq̃ ꝯsumati sũt dies octo vt circũcideret puer: vocatũ ẽ nomẽ ei⁹ iesus. Qđ vocatũ est ab ãgelo p̄usq̃ ĩ vtero ꝯciperet.

Postq̃ ꝯsumati sũt di= ¶ Postilla. es octo vt circũcideretur puer. Luce. ij. Quo die h̄ euãge. factũ sit / audit: q2 die octauo a natĩtate x̄pi. Añ initiũ illi⁹ euã. scribit sctũs Lu. q̄ reũsi sunt pastores. s. postq̃ inuenerũt mariã τ ioseph τ infantẽ positũ ĩ p̄sepio glĩficãtes τ laudãtes deũ in oĩb⁹ q̃ audierãt τ viderãt: sicẽ dictũ est ad illos. Et tũc statim seq̄tur illđ euãge. (Postq̃ ꝯsũmati sũt dies octo) Hoc. Ho diernũ euã. ẽ breuissimũ ĩ lr̄a: s3 ꝓfũdissi mũ in sn̄ia. Cõi noĩe τ vocabulo vocat fe stiuitas / ista nou⁹ ann⁹: τ merito / q2 x̄ps q̃ nou⁹ hõ ꝓpt nos fact⁹ ẽ / nouũ sanguinẽ in sua pueritia hodie ĩcepit effũdere / qñ ho die circũcisus fuit. Sciẽdũ q̄ hodie reco lim⁹ tria festa q̃ tãgunt in euan. ho. Pri= mo octauã natiuitatis x̄pi: τ ꝑ h̄ exp̄mit notãter cũ d2: Postq̃ ꝯsũmati sunt dies octo. s. a natĩtate x̄pi cõputando. Scđo: circũcisionẽ x̄pi cũ d2 (vt circũcideret pu= er) sic ei p̄ceptũ fuerat Gen. xvij. Infãs octo dierũ circũcidet in vob: Et mascul⁹ cui⁹ p̄putij caro circũcisa nõ fuerit / ꝑibit de pp̄lis suis: q2 pactũ meũ irritu3 fecit. Et ĩ no. te. baptizamur loco circũcisiõis. vñ x̄ps dixit ĩ no. te. Ioh. iij. Nisi q̃s re= nat⁹ fuerit ex aq̃ τ sp̄ũ sctõ / ñ põt itroire ĩ regnũ dei. vñ Beda sup p̄ñti euan. Illud qđ nũc fac̃ baptism⁹ / h̄ tũc fec̃ circũcisio. Tertio salutiferi noĩs ĩpositiõe3: cũ d2 (vocatũ ẽ nomẽ ei⁹ ih̄s: qđ vocatũ ẽ ab angelo p̄usq̃ in vtero). s. v̄gis (cõ ciperet) vt3 Lu. j. Vocab̄ nomẽ ei⁹ ie sũ. Silr̄ ãgelus di xit ad ioseph vt p3 Mat. j. Vocab̄ no mẽ ei⁹ iesũ: ip̄e ei saluũ faciet pplm suũ a pctis eoꝝ. Querit si ih̄s est saluator / q̄re tũc nõ oẽs hoĩes saluant? Rñdet / q̄ hoc ñ accidit ex ꝑte iesu / s3 ex culpa ip̄i⁹ hoĩs exẽplũ isti⁹ ponit p̄us sic: Si q̃s ad ostiu3 vni⁹ pulset τ nõ ingrediat: h̄ nõ ẽ ex cul= pa pulsantis / s3 nõ ap̄ientis. sic si iesus ad ostiũ cordis pulset: τ si nõ ingredit: nõ ẽ dei itrare volẽtis / s3 hoĩs aditũ ꝓhibẽtis. vñ Apoca. iij. Ego sto ad ostium τ pulso τc̃. vñ sctũs Diony. q̄ ei sol domũ exñte fenestra clausa nõ illumiat: nõ ẽ culpa so= lis / s3 hoĩs fenestrã nõ ap̄ientis. Tertiũ exẽplũ ponit Anshel. Si ei porrigo tibi pomũ τ tu ñ accipis: q̄ tu nõ hẽs pomũ / nõ ẽ culpa mei dãtis / s3 tui nõ accipiẽtis: iõ d2 ad Heb. xij. Videte ne q̃s desit gr̄e dei τc̃. ¶ Circa h̄ euã. vbi d2: Vocatũ est nomẽ ei⁹ ih̄s. Notãdũ q̄ papa Ioh. xxij. statuit: vt q̃cũq3 in missa qñ nomẽ ih̄s no= minat geniculat⁹ fuerit: vl̄ q̃ tũc tũdit pe= ct⁹ vl̄ inclinãs fac̃ reuerẽtiã huic sctissimo noĩ iesu / obtinet xx. dies idulgẽtiaꝝ: ꝓut de h̄ habet publicũ instr̄m lr̄e autenti ce. Itẽ notãdũ q̄ hodie s̄m Aug. ĩ s̄mo. de kal. Iañ. pagani olim maximũ habuerũt festũ in kal. Ianua. Nã ianũ crediderũt q̃ndã deũ esse: τ duas facies ei figurabãt: vnã a ꝑte añ ĩ signũ futuri ãni / τ aliã a ꝑ= te post in signũ p̄teriti ãni. vñ et q̃dã sexũ τ vestes suas mutauerũt: alij faciẽ / alij pe= cudũ vestes induerũt: alij cãticis luxuri= osis cecinerãt: alij auguria seruabãt: alij

mēsas nocte pabāt/credētes satietatē vē turā fructuū: alij strenas .i. iocalia tradi= dērt amicis hodie pmo mane ī signū boni āni: q̄ oīa p xp̄o dimittere debem⁹ ꝛ silia circa ecclias ꝛ dei cultū cōplere debem⁹.

In epiphania dn̄i. Euangelium. Matth. II.

Cum nat⁹ eēt iesus ī bethleē iude in dieb⁹ herodis regis: ecce magi ab oriente venērt hierosolymā dicētes: Ubi ē q̄ nat⁹ ē rex iudeoꝝ: vidimus ei stellā ei⁹ ī oriēte: ꝛ venim⁹ adorare eū. audiēs aūt herodes rex tbat⁹ ē ꝛ oīs hierosolyma cū illo. ꝛ ꝯgregās oēs pnci pes sacerdotū ꝛ scribas ppl̄i scitabat ab eis vbi xp̄s nasceret. At illi dixērt: In bethleē iude. Sic em̄ scp̄tū ē p pp̄ham: Et tu bethleē terra iuda neq̄q̄ minima es ī pncipib⁹ iuda: ex te em̄

¶ Postilla.

Ubi est q̄ nat⁹ ē rex iudeoꝝ? Mat. ij. Añ initiū illius euā. scribit .s. mat. in pce. ca. q cū eēt desp̄ōsata mr̄ iesu maria ioseph añq̄ ꝯuenirēt/ iuēta ē ī vtero hn̄s d̄ sp̄ūscō. Ioseph aūt vir ei⁹ cū eēt iust⁹ ꝛ nollet eā traducerē voluit occl'te eā dimitterē. Hec āt eo cogitāte angel⁹ dn̄i ī sonino apparuit ei dicēs: Ioseph fili dauid: noli timere accipe mariā cōiugē tuā: qd̄ em̄ ī ea natū ē/ de sp̄ūscō ē. pariet aūt filiū/ꝛ vocabis nomen eius iesum: Ipe em̄ saluū faciet pplm̄ suū a pctis eorū. Tūc postmodū seq̄t euā. ho. (Cū g̃ nat⁹ eēt ih̄s) sup. dulc; saluator de maria ꝟgine fm hūanitatē (ī bethleē iu.) Hoc. h̄ dr ad drn̄tiā alteri⁹ bethleē q̄ ē in galilea ī tribu zabulō: de q̄ hr̄ Iosue. xix. (In dieb⁹ herodis) .s. ascalonite q̄ fuit gentil' ꝛ idume⁹ ꝛ pm⁹ rex alienigena ī hierl'm ꝛ sup pplm̄ iudaicū cōstitut⁹. ¶ Pro q̄ sciēdū q tres fuērt herodes .s. ascolonita/ āti pas/ꝛ agrippa: ꝟ⁹. Ascalōita necat pueros/ ātipa iohēz: Agrippa iacobū/ mittēs ī carcere petrū. Itē sciēdū q xp̄s tūc tpis nat⁹ ē/cū pmo ablatū fuit regnū a iudeis ꝛ qñ alienigena regnit vt ipleret pp̄hetia iacob. Gēn. xlix. Nō auferet sceptrū d̄ iuda nec dux d̄ femore ei⁹ donec veiat q̄ mit tēdus ē. ꝛ a tpe q̄ iacob pp̄hauerat pp̄hetiam illā fluxerūt. M. clv. anni (ecce magi ab oriē.) q̄ dicūt magi ppt̄ magnitudinē sapiē ꝛ sciē (venērt hiero.) fm glo. eo q crediderūt/ qr tal' puer nō nisi ī vrbe regia nasci debuisset (dicētes: vbi ē q̄ nat⁹ ē rex iu.) xp̄s rex iudeoꝝ ē dict⁹ qr ad ip̄os spālit̄ ē missus: vtz Mat. xv. Nō sum miss⁹ nisi ad oues q̄ pierūt dom⁹ isrl'. itē qr cū eis nutrit⁹ et ꝯuersat⁹ ē .s. ī nazareth: vt hr̄ Lu. iiij. Notādū q ille titulus a trib⁹ regib⁹ ē hodie nūciat⁹: ꝛ a pilato in die pasceues ꝯfirmat⁹ qñ fecit scribi titulū ꝛ cruci affigi ih̄s nazaren⁹ rex iudeorū (vidim⁹ ei stel. ei⁹ ī oriē. et ve. ado. eū) Un̄ Aug⁹. dic: Magi traditionē balaam seq̄bant: q̄ dixit vt hr̄ Nu. xxiiij. Orietr stella ex iacob. ꝛ fm Chrys. Cū magi sup mōtē qui dr victorial' ꝯsisterēt ꝛ deū adorarēt stella adinstar pueri crucē ī capite hn̄tis/ eis appuit: ex cui⁹ aspectu erāt valde gauisi: vt suis tpib⁹ meruerunt videre stellā illā quā pp̄ha balaā lōgis tpib⁹ añ pdixerat. ꝛ stati arripiētes iter/stella añcedēte eos venerūt ad puerū adorādū: ꝛ mūera ei offerēda. ꝛ illa stella nō tm̄ in nocte/ sz etiā in media die appebat: ꝛ sol' radios vicit in claritate/ qd̄ nō est ꝟtutis aliarū stellaꝝ. Fulgē. Puer nat⁹ nouā stellā fabricauit. Sz quō in. xiij. dieb⁹ tā cito venērt ab oriente ī hierl'z/ q̄ ē in media pte mūdi sita? Rn̄det Remi. q puer ad quē iuērt/ potuit eos tā in breui spacio tpis reducere. vñ Aug⁹. dicit: q tres magi iter vnius anni xiij. dieb⁹ pegērt (audiens aūt herodes rex) .s. regē natū iudeis de genere iudeorum cū ip̄e esset idumeus ꝛ de alia gēte.

exiet dux: qui regat pplm meũ israel. Tunc herodes clã vocatis magis diligẽter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis. Et mittẽs illos in bethleeʒ dixit: Ite et diligẽter interrogate de puero: ⁊ cũ inueneritis renũciate mihi: vt ⁊ ego veniens adorẽ eũ. Qui cuʒ audissent regẽ abierunt. Et ecce stellã quã viderãt in oriẽte antecedebat eos vsqꝫ dũ veniẽs staret supra vbi erat puer. Videntes aũt stellã gauisi sũt gaudio magno valde. Et intrãtes domũ: iuenerũt pueꝝ cũ maria matre ei⁹. Et ꝓcidẽtes adorauerũt euʒ. Et apertis thesauris suis: obtulerũt ei munera: aurũ: thus: ⁊ myrrhã. Et respõso accepto i somnis ne redirent ad herodẽ: per aliam viam reuersi sunt in regionẽ suã.

(turba .ẽ) timẽs ne regno reuoluto ad iudeos ipe expelleret a regno ⁊ semẽ ei⁹ p⁹ ipm: iõ ſm Greg. sup Mat. codices qb⁹ genealogia iudeoꝝ texit cremauit (⁊ ois hierosolyma cũ illo) cã timoris: ne rex natus regiões ⁊ pplm vexaret ⁊ agguaret (⁊ ꝯgregãs oẽs ꝓncipes sacerdotũ et scribas ppli) q erãt legis doctores (sciscitabat ab eis vbi xps nasceret. (At illi) sic periti i lege (dixerũt i bethleẽ iude. Sic eñ sc̃ptũ ẽ ꝑ ꝓphaʒ) Mich. v. (⁊ tu bethleẽ terra iuda neqꝙ minima es i pncipib⁹ iuda: ex te enim exiet dux q regat pplm meũ isrl) Vñ i ps. .xlvij. Ipse reget nos i sec̃la. vñ Leo papa: Xps q serui formã accepat et ñ venit iudicari bethleẽ ꝑelegit natiuitati / ⁊ hierosolymam passioni (tũc herodes) Ly. cognito loco natiuitatis xpi ex eorũ respõsione (clã vocatis magis diligẽter didicit ab eis tẽpus stelle q appuit eis) dicit eñ clã: id est occulte cũ esset alienigena nõ ꝯfidebat de iudeis: ⁊ iõ voluit suũ ꝯsiliũ eos latere (⁊ mittens illos in bethleẽ dixit: Ite ⁊ diligenter interrogate de puero: et cuʒ inueneritis renũciate mihi: vt ⁊ ego veniens adorẽ eũ) Ly. rñdet falsum obsequiũ vt facili⁹ eos decipiat: ⁊ ad redeũdum ad ipm inducat. Rab. Finxit se vultu ⁊ vbis cũ adorare velle: quẽ inuida cogitatione tractabat occidere (qui cum audissent regem abierunt) recedentes de hierusalem vt irent versus bethleẽ (⁊ ecce stella quaʒ viderant in oriente antecedebat eos) vñ Chrys. sup Matth. Ex hoc ostendit: qꝛ cum stella duxisset magos in hierlm / abscõdita est ab eis: vt relicta stella cogerẽtur ꝺ xpo interrogare: vt ipsi magi q pri⁹ fuerãt cõmoniti celesti signo / ꝯfirmarent ex dicto ꝓphetico ex doctoꝝ hebraicoꝝ rñso: sicut iam sup dictũ ẽ (vsqꝫ dũ veniẽs staret sup vbi erat puer) Stetit enim sup caput pueri: quasi diceret / hic est: vt qꝛ loquẽdo mõstrare nõ poterat / stando mõstraret (⁊ intrãtes domũ) .i. diuersoriũ vbi puer nat⁹ fuerat (inuenerũt pueꝝ cũ maria matre eius) pie credit cũ beata virgo ante diuersoriũ ertatũ magnũ vidisset: recepit pueꝝ de ꝑsepio sup gremium ⁊ in brachia sua vt sic se matreʒ pueri ostenderet. Raba. Diuino aũt nutu factũ est: qꝫ abiret ioseph ne aliq occasio male suspitiõis daret gẽtib⁹ (⁊ ꝓcidẽtes adorauerũt eũ) Ly. Ex quo ptʒ qꝫ cognouerũt ipi⁹ diuinitatẽ ꝑ diuinã reuelationẽ. Cũ eñ viderẽt pueꝝ pannis vilibus inuolutũ / in gremio paupis mris positũ / nullũ regie dignitatis hũane habentẽ signũ: nõ est verisimile qꝫ talem reuerẽtiam ei exhibuissent / nisi aliqd supra hoiem cognouissent. Unde Chrys. Paruũ viderũt hoiem ⁊ agnouerũt redẽptorẽ illumiati in fide / credẽtes hũc pueꝝ eẽ saluatorẽ mũdi quẽ qsierãt (apertis thesauris suis / obtule. ei mune. auꝝ / th⁹ / ⁊ myrrhã) Ly. ista tria obtulit qlꝫ istoꝝ .s.

aurū ad sustētatōz paupis mrīs ⁊ filij: thꝰ 9 fetorē loci: myrrhā ad ꝯsolidādam mē= bra pueri. Itē p aurū ſcabāt regiā digni= tatē. p myrrhā hoīs mortalitatē: qꝛ myr= rha solēt inūgi corpa mortuoꝝ. p thꝰ ipꝰ diuīitatē qꝛ thꝰ ad honorē diuinū con cremat. Itē qꝛ ma gi a puero habue= rūt triplicē ſbaꝫ. ſ. corpꝰ / aiam / et res tpales. Fecerūt igi tur homagiuꝫ regi puero nato de cor= pore: qꝛ ꝓcideřt. i q̄ notat eoꝝ mag hūilitas. ⁊ in h̄ rep̄ hēdit supbia illoꝝ xp̄ianoꝝ qui nō fle ctāt genua sua ī ele uatiōe corpis xp̄i ī missa. De aīa / quia adorauerūt eū. in q̄ notat coꝝ fides De suba tpali: qꝛ ei mu nera obtulerūt. Plꝰ eni n̄ hꝫ hō nisi cor pꝰ aiaꝫ ⁊ tpalia. ſe= qt (⁊ rn̄so accep.) ſcꝫ p āgelū (ne redi rēt / p aliā viā rūer= si sūt in re. suā) Lx. scꝫ pacto obsedo: qꝛ diccēderūt ad ma re ⁊ ide p nauē trāſ fretātes / abierūt in tharsū. qd cog̃scēs herodes iratꝰ post ea naues tharsēsiū incēdit: ſm qd fuit ꝓphatū p dd ī ps̄. xlvij. In spū vehemēti ꝯteres naues thar sis. Cū circa pn̄s euā. vbi dr̄ In diebꝰ he rodis rgꝫ. Hic q̄rit q̄re n̄ dixit ī diebꝰ octa uiani cesaris: Rn̄det: euāgelista h̄ dixit vt videat īpleta ꝓphia iacob: q̄ hr̄ Geñ. xlix. Nō auferet sceptꝝ d iuda / ⁊ dux d femore eiꝰ: donec vēiat q̄ mittēdꝰ ē. ſꝫ iā ablatū fue rat sceptꝝ d iuda: qꝛ iste herodes erat alie

Dn̄ica infra octauā Epiph.
Euangelium Luce. II.



In illo tempe

Cū factꝰ eēt ih̄s ānoꝝ. xij. ascē= dētibꝰ illis hierosolymā ſm cō suetudinē diei festi ꝯsūmatisq₃ diebꝰ cū redirēt: remāsit puer iesus in hierusalē: ⁊ nō cogno= uerūt parētes eiꝰ. Existimātes

nigena: ⁊ erat pmꝰ rex iudeoꝝ: ⁊ sic euā= gelista ꝓbat xp̄m venisse ex triplici ꝓphia: Iacob q̄ ꝓphauerat tp̄s xp̄i: vt iā dictū ē Et ex ꝓphia Michee: q̄ ꝓphetauit d loco vtꝫ h̄ ī euā. Et tu bethleē tra iuda ⁊c̄. Et ex ꝓphia balaam: q̄ ꝓphauit de ortu stelle: vtꝫ Nu. xxiiij. Orietur stella ex ia= cob. Manifestū est g̃ xp̄m natū esse cū oēs iste tres ꝓphie vno tp̄e sint īplete.

Postilla.

Cum factꝰ eēt ie sus annoꝝ. xij. Lu. ij. Histo. huiꝰ euā. facta ē āno xp̄i xij. xvij. kal. Maij feria. iiij. luna. xv. indi. iiij. Cū euāge. Lu. nob declaras= set quō xp̄s fuit ī tē plū p̄ntatus: ⁊ a sy meone ⁊ ab āna vi dua laudatꝰ: sic di= ctū ē ī p̄cedēti dn̄i= ca. Et postq̄ decla rauit quō xp̄s ī egy ptū portatꝰ fuit ī q̄ vij. ānis fuit. Et cū iā redijsset de egy= pto pꝰ mortē hero= dis: ⁊ fuisset iā q̄n= q₃ ānis cū parētibꝰ suis ī nazareth. Fa ctū est aūt āno. xij. ascēdētibꝰ pa. suis. Hiero. ſm ꝯsuetu. diei festi. iudei eīm ter habebāt ī anno ꝑceptū eūdi in hierl̄m. In pascha / qd fu= it festū azymoꝝ. p h̄ festū recolebāt exitū ⁊ liberationē d egypto. Scd̄o in pēteco= sten: p qd recolebāt mēoriā legis date ī q̄= dragesima die ab exitu d egypto. Tertio in scenophegia seu in festo tabnaculoꝝ p qd recolebāt quō p. xl. ānos ī deserto hita bāt ī tabnacul. In his festis q̄libet vir te=

ãt illũ eẽ ĩ comitatu: venerᷣt iter diei ⁊ q̃rebãt eũ intᷣ cognatoſ ⁊ notoſ. Et ñ iueniẽtes reũſi ſũt ĩ hierl̃m req̃rẽteſ eũ. ⁊ factũ ẽ pꝰ triduũ: iuenerᷣt illũ ĩ tẽplo ſedẽ tẽ ĩ medio doctoꝝ audiẽtẽ illoſ ⁊ intᷣrogãtẽ eos. Stupebãt ãt oẽſ q̃ eũ audiebãt ſuꝑ prudẽtia ⁊ rñſis eiꝰ. Et videteſ admirati ſᷣt. Et dixit mr̃ eiꝰ ad eũ: fili q̃d feciſti nob̃ ſic? Ecce pr̃ tuꝰ ⁊ ego dolẽteſ q̃rebamꝰ te. Et ait ad illoſ: Quid ẽ q̃ me q̃rebatiſ? neſciebatiſ q: ĩ hiſ q̃ pr̃iſ mei ſᷣt optet me eẽ? Et ĩpĩ nõ ĩtellexerᷣt ṽbũ qđ locutꝰ ẽ ad illos: et deſcẽdit cũ eis: et vẽit ĩ nazareth ⁊ erat ſubditꝰ illis. Et mr̃ eiꝰ cõſeruabat oĩa ṽba hᷣ ĩ corde ſuo. ⁊ ieſus ꝓficiebat etate ⁊ ſapientia et gratia apud deũ ⁊ hoĩes.

nebatᷣ ſe p̃ntare ĩ hierl̃m cũ hoſtijs a deo determinatiſ. đ mlierib9 nõ fuit p̃ceptũ: ſi tñ comitabãtᷣ viros ſuos/ bonũ erat ⁊ laudabile. Sꝫ q̃ erãt valde remoti/ poterãt ſe in duob9 feſtiſ excuſare: ſꝫ ñ đ feſto paſche niſi neccẽitate ĩfirmitatiſ. q̃ dĩc (Aſcẽdẽtibꝰ illᷣ) ſcꝫ ad lr̃aꝫ q: galilea erat ĩ plano vbi nazareth fuit ſita/ in q̃ xp̃s fuit ãnũciatꝰ ⁊ educatꝰ. Hierl̃m autẽ erat ĩ montanis: ⁊ diſtat nazareth a hierl̃m ꝑ tres dietas. Sed q: ſm Grego. Oĩs xp̄i actio eſt nr̃a inſtructio: ergo xp̃s ſᷣ in .xij. anno fecit vt nob̃ exemplũ daret vt etiã libenter eccleſias viſitemꝰ. (Cõſũmatiſq3 diebꝰ) ſcꝫ octo/ ꝑtinentibꝰ ad ſolẽnitateꝫ (cũ redirẽt) .ſ. maria ⁊ ioſeph (remãſit puer ieſus ĩ hieruſalẽ: ⁊ ñ cognouerᷣt ꝑentes eiꝰ) .i. ñ aduerterũt q̃ ĩpſe maneret. Hoc ẽ cõtra illos q̃ raro manẽt in eccl̃ia vſq3 ad finẽ miſſe aut ſmonis: ſꝫ diabolo inſtigãte cito exeũt ⁊ ĩ cimiterio vl̃ foro ſtãt ⁊ iutilibꝰ ⁊ q̃nq3 nociuis ſmonibꝰ ſe occupãt: vtꝫ Jo. viij. Qui ex deo ẽ ṽba đi audit: ꝓpterea vos ñ auditiſ/ q: ex deo ñ eſtiſ (exiſtimãtes ãt illũ eẽ in comitatu) Guil̃. Filijs iſrl̃ ad feſta ꝯfluẽtibꝰ vel ad ꝓpria redeũtibꝰ mos erat ſeorſũ viros ⁊ ſeorſũ femĩas incedere: pueri cũ q̃lꝫ ꝑente ĩdifferẽtᷣ ire poterãt: ⁊ iõ maria putauit ieſuꝫ eẽ ĩ comitatu viroꝝ cũ ioſeph: ioſeph putauit eũ eẽ ĩ comitatu mlieꝝ cuꝫ maria: ⁊ ſic ꝑdiderũt ieſum (venerᷣt iter vniꝰ diei) .i. ĩ eadẽ die qua redierũt de hierl̃m (⁊ q̃rebãt eũ) ſcꝫ ſcđa die (intᷣ cognatos ⁊ notos: ⁊ ñ iueniẽtes eũ reuerſi ſũt) .ſ. tertia die (in hierl̃m req̃rẽtes eũ. Et factũ ẽ pꝰ triduũ iuenerᷣt illũ in tẽplo) Nõ in foro/ neq3 in ludo ſicut pueri tã ſolẽt iueniri/ ſꝫ in tẽplo vbi domꝰ orõnis ẽ (ſedẽtẽ in medio doctorũ audiẽtẽ illos ⁊ intᷣrogãtem eos) Ly. vt meliꝰ poſſet oẽs audire ⁊ meliꝰ cũ eis ꝯferre. Hoc eſt eñ ſapiẽtis p̃mo audire ⁊ poſtea interrogare (Stupebant aũt oẽs q̃ eũ audiebãt) .i. valde mirabantur ſuꝑ prudẽtia ⁊ rñſis eius) q: alᷣs inauditum fuerat/ q̃ puer talᷣ etatis tã ſapiẽtᷣ loq̃retᷣ (videntes) ſcꝫ maria ⁊ ioſeph cũ ĩ medio doctoꝝ (admirati ſũt: ⁊ dixit mr̃ eiꝰ ad eũ: fili q̃d feciſti nob̃ ſic? Ecce pr̃ tuꝰ) .ſ. putatiuꝰ ⁊ nutritiuꝰ (⁊ ego dolentes q̃rebamꝰ te) Hic ĩſtruũtᷣ ꝑentes q̃liter ſe ĩ correctiõe debeãt habere ad filios/ vt cõtumelioſis ⁊ maledicᷣ ṽbis nõ ꝯturbẽt pueros ſuoſ: Corripiẽdi ei ſᷣt p̃mo cũ benignitate: ⁊ ſi ñ iuuat tũc cũ ṽga aſꝑa: vtꝫ Prouer. xxiij. Noli ſbtrahere a puero diſciplinã: ſi ei ꝑcuſſeriſ cũ ṽga ñ moriet̃ ⁊ aĩaꝫ eiꝰ de ĩferno libab. ¶ Notãdũ q̃ nũq̃ legitᷣ ĩ euãgelijs ioſeph ieſu locutũ fuiſſe/ ſꝫ h̃ ſꝑ marie ṽgini dimittebat: q: ad ĩpam tãq̃ ad verã mr̃eꝫ ꝑtinebat. Itẽ h̃ q̃ritᷣ q̃re ioſeph đr pr̃ ieſu cũ ñ genuerit eũ? Dicẽdũ q̃ dicebatᷣ pr̃ eiꝰ ꝓptᷣ tria. Pᷣmo ꝓptᷣ hoĩꝫ opinionẽ: vtꝫ Lu. iij. vt putabatᷣ filius ioſeph. Scđo ꝓptᷣ eiꝰ nutritionem: q: ſm Orige. ſic appellabatᷣ ioſeph .ſ. pater ie-

ẜu:qꝛ nutritꝰ eiꝰ fuit. Tertio ꝓpẞ ꝯiugalē desponsatiōē3 .s. ioseph ꝛ marie. Nā ẜm Aug. Multo ꝯuenictꝰ xp̄s dꝛ filꝰ ioseph/ q̄ si esset aliūde adoptatꝰ. Itē q̄re maria ꝯgo pposuit ioseph añ se di. pr̄ tuꝰ ꝛc. cū tñ sit mr̄ dei ꝛ regina celi? Rñdet p̄rimo ꝓpẞ hūilitate3 quā hēbat excellētissimā. Sedo vt exemplu3 daret alijs m̄lierib'ꝰ honorādi viros suos: (et ait ad illos: q̄d ē q̄ me q̄rebat;?) .s. int̄ cō sanguīcos ꝛ notos (nesciebatis qꝛ in his q̄ p̄ris mei sūt) sc3 celest! (oportet me eē?) qꝛ aliū p̄rem ñ habeo. Orige. i celis sine mr̄e: in terris sine p̄re (et ipsi nō intellexerūt verbū qd̄ loq̄bat̄) Ly. qꝛ adhuc nō erant assueti talia audire ab eo (et descendit cū eis ꝛ venit nazareth) ad coꝝ cōsolatione3 (ꝛ erat ibi subditꝰ illis) ad nostram instructionē (ꝛ mr̄ eiꝰ conseruabat oīa v̄ba hec in corde suo) Oia eni̅ q̄ vidit vel audiuit a christo fieri/ corū tūc plenā cognitionē tenuit. Uñ Beda: Uirgo maria q̄ nō intellexit/ siue q̄ nondum intelligere potuit: ponit omnia in corde suo/ quasi rumināda ꝛ diligētius scrutāda reconde bat. Hoc est ꝯtra nos obliuiosos: qui nec aliq̄d qd̄ de deo ꝛ salute aīaꝝ nr̄aꝝ audimus/ memorit̄ retinemꝰ: sed sumꝰ sic̄ vas ꝯfractū qd̄ nihil pōt cōtinere. Uñ Eccl. xxj. Cor fatui q̄si vas ꝯfractū: oēm sapia3 nō tenebit (Jesus aūt ꝓfi. etate) Hor. q̄ ad corpis icremētū .s. d̄ infantia ad puericiā: de puericia ad iuuētutē (ꝛ sapia) Ly. ñ q̄tū ad rē/ s3 q̄tū ad ostēsionē i effectu: q̄tū ad sapiam suā nō tm̄ humanā/ s3 etiam diuinā magis ostendebat ẜm suū bñplacitū/ ꝛ prout nr̄e saluti expediebat (apud deum et apd̄ hoīes) .i. deo ad laude3/ ꝛ hoīb'ꝰ ad salutē ꝓficiebat

Dñica .I. post octauas Epiphanie Euangeliū Joh. II.



In illo tempe Nuptie facte sunt ī chana galilee: ꝛ erat mater iesu ibi. vocatus est autem ꝛ iesus ꝛ discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino dicit mater iesu ad eū: Uinum non habent. Et dicit ei Jesus: Quid mihi et tibi est

Postilla.

Nuptie facte s̄t in chana galilee. Johis. ij. Miraculum istud dominꝰ iesus fecit anno eius. xxxj. octauo Jdus Januarij luna. xv. feria sc̄da inditione. iiij. Ante initiū illius euāgelij scribit sanctus Johes de vocatione discipuloꝝ christi: tūc dic̄ eis Amē dico vobis: videbitis celum apertum et angelos dei descēdētes ꝛ ascendētes sup filiu3 hoīs. Tūc sequit̄ euāge. hodiernum. (Nuptie facte sūt i chana galilee) Hora: Chana ē nomē ville in qua facte sunt nuptie i prouincia galilee. Et ista villa distat a hierusalem quasi tribus dietis Et iste nuptie facte sunt eadem die q̄ christus baptizatꝰ ē reuoluto vno āno (ꝛ erat mater iesu) nō dꝛ q̄ fuerit vocata: qꝛ rōne cōsanguinitatis venerat tanq̄ officiosa: sicut ꝛ abijt in montana ad helizabet ad

ƀuiēdū ei. Lu. j. Nōe huiꝰ etiā vocatꝰ fuit dn̄s ihs cū discipul' suis. Chrys. Vocatꝰ est ihs ad nuptias: n̄ vt aliqs magnꝰ / sȝ vt ꝯsāguineꝰ: z ip̄e vt hūil' n̄ respuit sȝ venit. Sȝ quō vocati sūt ihs z mr̄ eiꝰ z discipli ad nuptias cū eēnt paupes q̄les nō solēt ad ꝯuiuia vocari: r̄ndet / ꝙ spōsus z spōsa paupes fuerūt: z iō paupes inuitabāt. Xp̄s āt nuptijs intesse voluit vt nuptias approbaret z errorē coꝝ excludere q̄ nuptias damnāt. vn̄ Beda: Si toro immaculato / z nuptijs debita castitate celebratis culpa iesset / neq̄ꝙ dn̄s ihs ad has venire voluissȝ. vn̄. j. Coꝝ. vij. Nō peccat mulier si nubat: si vxorē accepisti / n̄ peccasti: si nupserit v̄go / nō peccat (et deficiēte vino) i ip̄o ꝯuiuio qd̄ signū ē paupertatis (dic̄ mr̄ iesu ad eū: Vinū non hn̄t). s. ministri ad ꝓpinādū (et dic̄ ei iesus: q̄d mihi z tibi ē mulier?) Tho. q. d. defectꝰ iste nō ptinet ad me vl' ad te / sȝ ad illos q̄rū sūt nuptie (nōdū venit hora mea) Chry. q. d. q̄d iterrogas z petis vt faciā miraculū an̄ꝙ sit hora ꝯueniēs ad h̄? licet eīn vinū deficeret / nondum tn̄ defectus vini erat oībꝰ manifestus: xp̄s aūt volebat vt oēs ꝑus scirēt defectū / vt sic postea miraculū eēt oībꝰ certū z manifestū (dic̄ mr̄ iesu ministris). i. ƀuitoribꝰ ꝯuiuij (qd̄cūq3 dixerit vob̄ / facite) Tho. Credēdū est: ꝙ btā v̄go nūꝙ aliq̄d petijt a filio qd̄ ip̄e nō fecerit. Et nota lȝ aliq̄ꝙtulū dure videret̄ matri r̄ndere / ip̄a tn̄ firmissime sciuit eū

mlier? nōdū venit hora mea. Dicit mr̄ eiꝰ ministris: Qd̄cūq3 dixerit vob̄ facite. Erāt aūt ibi lapidee hydrie sex posite ƀm purificationē iudeoꝝ capiētes singl'e metretas binas vl' ternas. Dic̄ eis ihs: implete hydrias aq̄. Et ipleuerūt eas vsq3 ad sūmū. Et dic̄ eis ihs: haurite nūc z ferte architriclino: z tuler̄t. vt āt gustauit architriclinꝰ aquā vinuȝ factū et n̄ sciebat vn̄ eēt: ministri aūt sciebāt q̄ hauserāt aquā vocat spōsū architriclinꝰ z dic̄ ei: Ois hō p̄mo bonū vinū ponit: z cū inebriati fuerint tūc id qd̄ deteriꝰ est: Tu aūt seruasti bonū vinū vsq3 adhuc. Hoc fecit initiū signorū ihs i chana galilee: z manifestauit gl'iaȝ suā. et crediderunt in eū discipuli eiꝰ.

factuꝝ qd̄ petiuerat. et iō dic̄ ministris: qd̄cūq3 dixerit vob̄ facite (erāt āt ibi). s. i ꝑo mo ꝯuiuij (lapidee hydrie sex posite ƀm purifi. iu.). i. morē iudeoꝝ: vt ptȝ Mar. vij. pharisei z oēs iudei nisi crebro lauēt manꝰ nō mādu cāt panē (capiētes). i. cape valētes (singule metretas). i. mēsuras (bīas vl' ternas. dic̄ eis). i. ministris (ihs) rogatꝰ a mr̄e (Implete hydrias aq̄. z impleuerūt eas vsq3 ad sū.) vt nihil vacuitatis remaneret (z dic̄ eis iesus) Tho. Iā facta transmutatiōe cuiꝰ oīpotētia iā aquā i vinū ꝯuerterat. Ergo pōt sil'r panē in corpꝰ / z vinū i sanguinē trāsmutare. (haurite nūc et fer. archi.) vn̄ Chrys. Architriclinꝰ dr̄ q̄si ordīator vel dispēsator i ꝯuiuio (z tulerūt) ƀm imꝑiuȝ dn̄i nr̄i iesu xp̄i. Et notandū: ꝙ ministri obedientes fuer̄t in fundēdo / in hauriēdo z in deferēdo (vt autē gustauit architriclinꝰ aquā vinū factū z nō sciebat vn̄ eēt / ministri aūt sciebāt q̄ hauserāt aquā: vocat spōsū architriclinꝰ z dic̄ ei: oīs hō p̄mo). i in p̄ncipio ꝯuiuij (bonū vinū ponit) i mensa (z cū inebriati fuerint cibo z potu boni vini (tūc id qd̄ deteriꝰ ē). i. minꝰ bonū (tu aūt ƀuasti bo. vi. vsq3 ad.) imo optimū. z sic̄ Chry dic̄: h̄ ē gn̄ale oībꝰ miracul' / ꝙ sp ad nobiliꝰ ēmiat̄ q̄ꝙ nā possit: nūq̄ꝙ nā fec̄ ita bonū vinū sic̄ illud fuit: nūq̄ꝙ aliqs pistor ita bonū panē fec̄ sic̄ qn̄ xp̄s panes mltiplicauit. vn̄ ꝓp̄t h̄ q̄ cōcedēt d̄ paibꝰ istis voluerūt eū facere regē. Ioh. vj. Itē nā

nūꝗ potuit dare ita clarū ꝛ acutū visū sic ipe xp̄s dedit ceco nato: Joh. ix. (hoc initiū signoꝝ fecit iesus ī chana galilee ꝛ mā-festauit gl'iā suā) Glo. i. latentē diuitatē rōne edificatiōis discipl'oꝝ. vn̄ subdit (ꝛ crediderūt ī eū discipuli ei⁹). i. firmius crediderūt: qꝛ viso miraculo roborati sunt in fide ap̄li⁹ ꝛ amore ei⁹. vbi notādū ꝙ sc̄us Tho. de aqno ī. iij. pte summe. q. xl. iiij. dis. ꝙ dn̄s an̄ illō miraculū ꝯuersiōis aq̄ ī vinū / nullū aliō fec ī hūana natura: ꝛ lō libel⁹ de īfātia saluatoris ꝯrīū huius dicens reprobat⁹ ē tāꝙ ab heretic; cōfect⁹: vtꝫ in decreto Gela. Vn̄ circa pn̄s euāge. vbi dr: Nuptie facte sūt in chana galilee ꝛc. Querit: qd efficit mrimoniū? R̄ndet Hugo de prato / ꝙ ꝯsensus expssus volūtari⁹ ꝛ nō fict⁹ vl coact⁹ de vbis de pn̄ti efficit mrimoniū: carnis āt copula ipm ꝯsūmat. alia aūt q̄ pcedūt / vt pmissio de accipiendo sūt spōsalia nec efficiūt mrimoniū: silr q̄ comitant / vt missio ānuli / q̄ ē signū mrimonij ꝛ istrm. Et oīa alia q̄ obsuant in mrimonio / sunt q̄dā solēnitates mrimonij: nō q̄ efficiunt mrimoniū. Cōsensus āt ille ē in cohabitatione ppetua / ꝛ in copula carnali. Itē notādū / ꝙ int xp̄ianū ꝛ quācūqꝫ aliā psonā nō baptizatā / nō pōt eē ꝯiugiū: cū baptismus sit ianua oīm sacroꝝ. Silr si aliqs

Dn̄ica. II. post octauas epiphanie. Euāge. Matth. VIII.



En illo tempe Cū descēdisset iesus de mōte secute sunt eū turbe multe. Et ecce leprosus veniēs adorabat eū dicēs: Dn̄e si vis potes me mūdare. Et extēdēs ihs manū tetigit eū dicēs: Volo mūdare. Et ꝯfestim mūdata ē lepra ei⁹.

infidel ꝯuertit ad fidē: ꝛ ei⁹ vxor nollet cōuerti: pōt accipe aliā vxorē. ꝛ silr ē de vxore: qꝛ n̄ ē ꝯuētio luc; ad tenebras, necqꝫ xp̄i ad belial: vt dicit ap̄ls. ij. Cor. vj. Itē qn̄ qs timore coact⁹ accipit aliquā: si em postea qn̄ ē in loco tuto n̄ ꝯsentit / pōt eā dimittere: qꝛ mrīmonia debēt esse libera ꝛc. Itē notādū ꝙ phs ī poli. dicit: Mas nō deberet ꝯhere an̄. xxvij ān̄ū. ꝛ puella an̄. xviij. annū: als fet⁹ impficit: qꝛ mas ꝛ femina nō crescūt. fit tamē vt ꝯuenirī possint p̄fata tēpa aliqn̄ pter incontinentiam.

C Postilla.

Cum descēdiss; iesus de mōte ꝛc. Mat. viij. Mar. j. Lu. v. Histo. hui⁹ euā. facta est anno xp̄i. xxxj. ij. id⁹ Iulij. feria. v. lu. xvj. inditiōe. iiij. Glo. Postꝙ dn̄s docuerat discipl'os ī mōte / descēdit ī vallē vt turbas doceret: ꝛ sanaret turbaꝝ īfirmos / q̄ seq̄bant eū. Discipul em tāꝙ pfectioib⁹ smonē fecit ī mōte: turb aūt tāꝙ ipfectis ī valle p̄dicauit. Et sm Hai. explo xp̄i debēt facere p̄dicatores vt in p̄dicatiōe sua habeāt smonē tpatū: ꝛ sic sciūt vnūquēqꝫ cape posse / ita ꝛ vbū dei ān̄ucient. vn̄ et Hre. sm capacitatē auditoꝝ formādus ē smo doctor; (se. sūt cūtur.) Hor. ppt q̄rū seq̄lā ꝛ edificatiōꝫ mouebant ad faciēdū miracl'a (ecce le.). s. cū fide cordis (ꝛ ad.) cū hūilitate corpis. vn̄

Mar. j. dicit genuflexit. Lu. v. dicit: ꝓ-
cidit in faciē: q̄ oīa hūilitatē indicāt. Ori-
ge. Habuit em̄ tria iste leprosus in se/ que
quicunq̄ in se habuerit nihil a deo sibi ne
gatur. Primum est
fides: quod tangit
cuȝ dr: Adorabat
eum. Unde Jaco.
bi. j. Postulet autē
in fide nihil hesitās
ꝛ dabit ei. Secun-
duȝ est humilitas:
qd notatur cum di
citur: ꝓcidit i faci-
em. vn̄ Ecci. xxxv.
Oratio humilian-
tis se celos pene-
trat. Tertiū est de-
uota oratio: qd no-
tatur cum dicitur:
Domine si vis po-
tes me mundare.
Hic est consideran
dum: ꝙ sapiēter se
habuit ille leprosus
tūc p̄rio ad fidē cō-
uersus. Nō em̄ de-
siderauit sanitateȝ
corporis nisi inq̄tū il
la eēt aīe salus. Et
iō nō orauit vt dn̄s
eum sanaret: sed il
lius voluntati com
misit/ an eū sanare
vellet: qui solus no
uit qd sue cōgrue-
ret saluti. A quo le
proso adhuc i fide
neophyto nos a pu
ericia i fide christi
nutriti exemplū re
cipere debem⁹: vt
bona fortune/ bo-
na nature ꝛ q̄cūq̄
terrena quibus cō-
tingit bn̄ ꝛ male vti nō petam⁹ a deo: nec
ea queram⁹ nisi inq̄tū necessaria sunt su-
stētatiōi nostre ꝛ expediētia nr̄e saluti. Ni
hil em̄ nobis bonū est nisi nostra felicitas
eterna: ꝛ ea q̄ nobis ad istā ꝯsequēdā ꝓfi
ciūt siue ꝓspera siue aduersa (ꝛ extēdēs
iesus manū tetigit eū dicēs: Uolo mūda-
re) Un̄ Damas. Humanitas xp̄i erat or-
ganū ꝛ instrumen-
tū diuinitatis. Et iō
sicut artifex median-
te īstrumēto operat:
sic virt⁹ diuia i xp̄o
ꝑ applicationē hu-
manitatis a q̄ mira-
cula fiebant q̄n̄q̄/
sicut hunc leprosuȝ
tāgēdo sanauit (et
ꝯfestim mūdata est
lepra ei⁹). s. totali-
ter/ nō tm̄ diminu-
te. Un̄ ps. cxlviij.
Ipse dixit ꝛ facta st̄
Un̄ Aug⁹. dicit: ꝙ
non statim post de-
scēsum de mōte fe-
cit h miraculū/ sed
postq̄ sermoneȝ in
loco campestri fēc
turbis: sicut dicit
Luc. v. Chrys. p⁹
sermonē imediate
ꝓcedit ad miracu-
la: vt verbis prece
dētibus auctorita-
tem p̄staret: vt mi-
rabilis i verbis mi
rabilior appareret
in ope (ꝛ ait illi ie-
sus: vide nemini di
xeris) scȝ miraculū
qd factū ē. Chrys.
in his vbis docet
nos n̄ eē vanaglo-
riosos: ꝛ si aliquid
bonū circa nos est:
nō nobis/ sȝ deo a-
scribere debemus.
Un̄ ps. cxiij. Non
nob dn̄e n̄ nob/ sȝ noī tuo da gl'iaȝ (Sȝ va
de ondē te sacerdotib⁹: ꝛ offer mun⁹ tuuȝ
qd p̄cepit moyses) Leui. xiiij. s. duos pas
seres offerebat ꝓ emūdatiōe sua. vn⁹ cor

**Et ait illi iesus: Uide nemi di-
xeris: s vade ostēde te sacerdo
tibus: et offer munus tuum qd
precepit moyses in testimoniū
illis. Cū aūt introisset caphar-
naum accessit ad eū cēturio: ro
gās euȝ ꝛ dicēs: Domine puer
meus iacet in domo paralyti-
cus et male torquet. Et ait illi
iesus: Ego veniā ꝛ curabo eū.
Et rn̄dens cēturio ait: Dn̄e nō
sum dignus vt intres sub tectū
meum: sed tm̄ dic verbo ꝛ sana
bitur puer meus. Nam et ego
homo sum sub potestate consti
tutus habēs sub me milites: ꝛ
dico huic vade et vadit: et alio
veni ꝛ venit: ꝛ seruo meo: fac h
ꝛ facit. Audiens aūt iesus mira
tus est ꝛ seq̄ntib⁹ se dixit: Amē
dico vobis: nō inueni tātā fidē
in israel. Dico aūt vob ꝙ multi
ab oriēte ꝛ occidēte veniēt ꝛ re
cūbent cum abraam isaac ꝛ ia-
cob in regno celoꝝ: Filij aūt re
gni eijcient i tenebras exterio-
res: ibi erit fletus ꝛ stridor den
tiuȝ. Et dixit iesus centurioni:
vade ꝛ sicut credidisti fiat tibi:
ꝛ sanatus est puer ex illa hora.**

occidebat ⁊ alter in sanguinē illius intin-
gebat ⁊ sic dimissus euolauit (in testimo-
niū illis) .i. vt eoꝝ testimōio sat⁹ haberet.
Quare xp̄s leprosū misit ad sacerdotes?
R̄nsio ḃm Hor. Primo ꝓpt̄ legis appro
bationē. Scd̄o ꝓpter miraculi ꝯfirmatio
nē .s. vt testes essent miracli. Tertio ꝓpt̄
eoꝝ vtilitatē: vt vidētes crederēt ⁊ salua-
rent. Quarto ꝓpter eruditionē nr̄am: vt
nos etiā sacerdotes honorem⁹. Quīto in
exēplū pctōrib⁹ q̄ sunt lepra pctī infecti:
qb⁹ dic̄ (ite) .i. nō state (⁊ ostēdite) n̄ occul
tate (vos) nō alios (sacerdotib⁹) q̄ habēt
ptātē remittēdi pctm̄: vtꝫ Joh. xx. Acci-
pite spm̄sctm̄ q̄ꝝ remiseritis pctā remittun
tur eis (Cū aūt introisset capharnaū / ac-
cessit ad eū cēturio) .i. q̄dā gētilis q̄ habe
bat hoīes in armis sub se ad custodiā ipi-
us galilee: Tūc eīm t̄ra iudeorū subiecta
erat romanis / a qb⁹ illuc erat posit⁹ cētu-
rio ille. Iste aūt cēturio auditis xp̄i mira-
culis firmit̄ credidit: q̄ posset sanare s̄uū
ei⁹: q̄ erat ei valde char⁹: vt dr̄ Luc. v. et
iō d̄ ei⁹ sanatiōe fuit valde sollicit⁹ (acces-
sit g̃ rogās eū di. Dn̄e puer me⁹) s̄uū no-
minās puerū suū. Hoc ē ꝯ sup̄bos qui fa
mulos dedignant̄ (iacet in domo) scꝫ nō
potēs venire ad te. Hoc ē ꝯ inhumanos
dn̄os q̄ expellūt īfirmos famlos a domo
sua ⁊ mittūt ad hospitale (paralyticus / ⁊
male torquet̄) Chry. Infirmitatē tm̄mō
exposuit / sꝫ sanitatis remediū ī ptātē mi-
sericordie ei⁹ dimisit (⁊ ait illi Jesus: ego
veniā ⁊ curabo eū) vn̄ Beda: Qui ad sa-
nādū filiū reguli ire noluit ne diuitias ho
norare videret̄ / ad seruū vadit ne seruilē
cōditionē sp̄reuisse putaret̄ (⁊ r̄ndēs cen-
turio ait: dn̄e nō sum dign⁹) .s. q̄ gētilis
sum. vn̄ Hiero. Quia gentilis fuit ⁊ forte
idola stabāt in domo sua: iō noluit vt xp̄s
intraret: ne in h̄ offenderet̄: (vt ītres sub
tectū meū) Hor. nō dicit palaciū: licet p̄n
ceps esset / sꝫ tectū p̄ hūilitate sui ⁊ ꝯside-
ratiōe magnitudinis xp̄i. Unde Aug. di
cendo se indignū p̄stitit se dignū: nō in cu
ius parietes / sꝫ in cui⁹ corp⁹ xp̄s īntraret.
Un̄ Orige. qn̄ corp⁹ ⁊ sanguinē xp̄i sum-
ptur⁹ es / tūc dn̄s tectū tuū vult intrare: ⁊
tu ergo humiliās teip̄m dic: Dn̄e nō sum

dignus vt intres sub tectū meū: sꝫ tm̄ dic
v̄bo ⁊ sanabit̄ puer me⁹. Un̄ Beda: Ma
gna fides / q̄ diceret credidit eē facta (nā
⁊ ego hō sum sub ptāte cōstitut⁹ hn̄s sub
me milites: ⁊ dico huic vade et vadit) scꝫ
q̄tū ad negociā iplēdū ī absentia (⁊ alio)
antiq̄ est grāmatica (⁊ alio veni et venit)
q̄tū ad officiū iplendū in p̄ntia: (et seruo
meo / fac hoc ⁊ facit) Ex his cōcludit q̄ si
dicto ei⁹ vn⁹ vadit ⁊ ali⁹ venit: mlto plus
si xp̄s de⁹ ⁊ dn̄s dicat infirmitati / vade et
vadet / ⁊ sanitati veni ⁊ veniet (audiēs āt
Jesus (scꝫ q̄ sub velamento carnis cētu-
rio agnouisset excellentiā maiestatis (mi-
rat⁹ est) .i. ad modū mirātis se habuit (⁊
sequētib⁹ se dixit: Amē dico vob̄ nō inue
ni tantā fidē in israel) .i. in pplo iudaico.
Qd̄ intelligēdū est q̄tū ad facilitatē ī cre
dēdo: q̄ alij plurib⁹ signis visis nō credi
derūt: ille v̄o nullo miraculo viso / sꝫ soluꝫ
audito credidit (Dico aūt vobis / q̄ multi
ab oriēte et occidēte venient ⁊ recūbēt cum
abraam isaac ⁊ iacob in regno celorū) q̄
multitudo gentium de diuersis mundi ꝑ-
tib⁹ existētiū ꝑ predicationē aploꝝ cōuer
sa est ad fidē: ⁊ sic ꝑceperūt grām in p̄nti
⁊ gl'iam ī futuro (Filij aūt regni) .i. iudei
ex q̄b⁹ erat nat⁹ / ⁊ q̄bus p̄ncipaliter mis-
sus ad p̄dicandū eis (eijcient̄ in tenebras
exteriores) q̄ repulerūt fidē xp̄i: et sic re-
manēt in pctis suis obstinati. Et sic eijci-
ent̄ ad penas īferni / q̄ dicunt̄ tenebre ex-
teriores. Un̄ Grego. Interiores tenebre
sunt cecitas mētis / exteriores eterna nox
dānatiōis (ibi erit fletus ⁊ stridor dētiū)
Un̄ Raba. Fletus ardore / stridor dentiū
de frigore solet oriri. Unde Job. xxiiij.
Trāsibūt de aquis niuiū ad calorē nimiū
(dixit iesus cēturioni / vade) .i. secure re-
uertere (⁊ sicut credidisti) scꝫ ꝑfecte sic (fi
at tibi) in sanatiōe serui tui (⁊ sanatus est
puer) nō filius / sed seru⁹ (ex illa hora) scꝫ
q̄ dn̄s iesus dixit sibi: fiat tibi. Raba. fidei
merito ostēdit impetrasse salutem seruo.
¶ Ultimo notandū / q̄ legit̄ in euangelijs
xp̄m tres paralyticos curasse. Unū q̄ ia-
cebat in porticu. xxxviij. ānos hn̄s in in-
firmitate: vtꝫ Joh. v. Aliū q̄ portabat̄ a
q̄tuor viris ī grabato: vtꝫ Mar. ij. Ter-

tiũ q̃ fuit seruꝰ cẽtu rionis: sic habet in euange. ho. Circa pñs euan. vbi dr: Extẽdẽs iesus manũ tetigit eũ dicẽs Uolo mũdare. Dicit Hugo de prato q in scriptur sacris inuenimꝰ tribꝰ mõis leprã fuisse mũdatã: q̃ ꝑcat tres modos remissiõis peccatorũ. Primꝰ modus fuit i ablutiõe aq̃ vt lepra naamã vt ptz. iiij. Reg. v. ꝛ ꝑcat baptismũ in q̃ oia pctã mũdãt. sic fuit mũdatꝰ constantinꝰ corpalit̃ et spũalit̃. i. in corpe ꝛ in aĩa simul. Secũdus modꝰ fuit in oñsiõe ꝛ missiõe ad sacerdotes: ꝛ significat ꝯfessionẽ in q̃ ꝛ p quã pctã mũdãtur. vñ Jaco. v. Cõfitemĩ alterutrũ pctã vrã ꝛ orate p inuicẽ vt saluemĩ. Tertiꝰ modꝰ fuit in tactu manꝰ xpi: sic h dr: Extẽdẽs manũ ꝛc. et significat bonaꝫ opationẽ. nã si hõ i pctõ mortali existens nõ despat/ sꝫ fac bõa opa orãdo ieiunãdo/ elimosynas dãdo/ vbũ dei audiẽdo: tunc dñs iesus xps eo citiꝰ illumiat eũ ꝛ nõ patit̃ eũ pire/ sꝫ reducẽ ad pniam: vtꝫ in Cornelio centuriõe de q̃ legit̃ Act. x. Elemosyne tue ꝛ orõnes ascẽderũt i ꝯspectu dei. ꝛ ad eũ missus ẽ beatus petrꝰ apls vt baptizaret eũ. Sꝫ si in

Dñica. III. post octauas epiphanie. Euãge. Matth. VIII.



In illo tempe Ascẽdẽte iesu i nauiculã secuti sũt eũ discipli eiꝰ. Et ecce motꝰ magnꝰ factꝰ ẽ in mari: ita vt nauicula opiret̃ fluctibꝰ. Ipe vo dormiebat. ꝛ accesserũt ad eũ discipuli eiꝰ ꝛ suscitauerũt eũ dicẽtes: Dñe salua nos pimꝰ. ꝛ dixit eis iesus: Quid timidi estis modice fidei? Tũc surgens impauit vẽtis ꝛ mari: ꝛ facta ẽ tranq̃llitas magna. Porro hoies mirati sunt dicẽtes: Qualis est hic: q2 vẽti et mare obediũt ei?

pctõ mortali exñs negligit bõa opari vt mlti stulti faciũt dicẽtes: Ad qd pdest mihi bõa opari: tũc deꝰ derelinq̃t qñq3 tales vt tãdẽ sic in pctis suis moriant̃ et dãnentur. Uñ de h dr in decretis: In pctis exñtes debẽt bona opa facere vt deus corda eorum illustret: de peni. dis. v. falsas. Seq̃t̃: Uade ostende te sacerdoti. h repbendit errorẽ pauperuꝫ de lugduno dicẽtiũ nõ ẽẽ necessariũ sacerdoti ꝯfiteri: q2 q̃libet bonꝰ xpianꝰ ẽ sacerdos.

¶ Postilla.
Ascẽdẽte iesu i nauiculã. mat. viij Mar. iiij. Lu. viij Histo. huiꝰ euã. facta ẽ ãno xpi. xxxiij. kal. Augu. feria. v. lu. iij. inditione. iiij. Añ initiũ illiꝰ euã. scribit. s. mat. h eo. c. q vnꝰ scrib accessit ad iesum ꝛ ait illi: mgr sequar te q̃cũq3 ieris. dic ei: vulpes foueas hñt ꝛ volucres celi nidos: filiꝰ aũt hois nõ hꝫ vbi caput suũ reclinet. et statĩ seq̃t̃ euã. ho. (Ascendẽte iesu in na.) vñ Chry. Cũ mlta ꝛ mirãda dñs oñdisset i t̃ra: trãsijt ad mare/ vt ibidẽ excellẽtiora opa demõstraret q̃tenꝰ t̃re mariq3 dñm se oñderet (secuti sũt eũ ꝛc.) s. trãsfretãtes cũ eo (ꝛ ecce mo.) i. maris turba-

tio. vñ Ps. lxiiij. Qui cõturbas ꝓfundū maris. Et ista tu. batio maris nõ fuit na tural' sȝ impio xp̄i hec facta ē diuia ꝟtu te: vt manifestaret ꝟtus xp̄i discipul' ei⁹: (magn⁹). s. vt magis appareret miraculū (fact⁹ ē in mari) id ē stagno genezareth (ita vt nauicula opireẗ fluctib⁹) supple fere. ⁊ dicit operireẗ/ ⁊ nõ submergereẗ: quia nauis xp̄i cõcuti põt: sȝ sūmergi nõ põt: Cui⁹ figura oñsa ē in arca noe: vt pȝ Geñ. vj. (ip̄e vero dormiebat) Ly. et h̄ duplici de causa: P:ia: vt ꝟitas hūane nature i eo ostēdereẗ. Dormiebat eñ corpe/ sȝ vigilabat deitate. Scd̄a vt discipuli in piculo positi ad xp̄m recurrerēt: ⁊ auxiliū suū peterēt: iõ seqtur (⁊ accesserūt et suscitauerūt eū discipuli ei⁹ dicētes) de uotis p̄cibus (dñe/ nos perim⁹). i. perire timemus (salua nos) Raba. O veraces et bñdicti discipuli xp̄i/ saluatorē vobiscū habetis ⁊ piculū timetis: vita vobiscū ē: ⁊ de morte solliciti estis (⁊ dixit eis: q̄d timidi estis) Ly. q. d. nõ debetis timere cū sim p̄ñs vobiscuȝ/ quē vidistis tot miracula facere i terra (modice fidei) Chry. ꝓpter h̄ vocat eos modice fidei: q: lȝ crederent xp̄m posse eos liberare a piculo cū esset excitatus: nõ tñ credebāt/ q̄ h̄ posset dormiēs facere: q: si pfectā fidē haberēt: cognoscerēt eū tantam ꝟtutē habere dormiēdo q̄tā vigilando: ⁊ tantā in mari q̄tam in terra (Tunc) sȝ post p̄ces discipuloꝝ (surgens). s. a somno (impauit vētis ⁊ mari) ↄ inundationē fluctuū (⁊ facta est trāquillitas magna in mari) Ly. ex quo pȝ eius diuinitas: q: miraculū h̄ fecit impando sicut dñs omniū creaturaꝝ. Vñ seq̄ẗ (porro hoīes mirati sunt) Unde Hiero. nõ discipuli/ sȝ naute ⁊ ceteri q̄ erant in naui (dicentes: Qualis est hic?) Lyra: q: sicut hõ dormit: ⁊ sicut de⁹ miracula facit. Gor. in miraculis xp̄i semp aliq̄d ponitur ad oñdendā veritatē humanā: ⁊ ad ostēdendā veritatē deitatis. vñ Chrysostom⁹: Sōnus hominē/ tranquillitas deū ostēdebat. Tria g̃ admiranẗ: Et hominem dormienteȝ/ ⁊ deū ipantē/ ⁊ creaturam obedientē. Vñ addūt (q: venti et mare obediūt ei) sic creature creatori.

Dñica. IIII. post octauas epiphanie. Euan. Matth. XIII.



In illo tempe Dixit iesus discipulis suis parabolam hāc: Simile factū est regnū celoꝝ hoī qui seminauit

¶ Postilla

ti z magni (nō est scissū rete. Dic eis ihs venite z prādete) Ly h notat dei benignitas: qz inuitat eos dulcit ad comedendū secū: qz cū eis tūc comedit/ad declarādā sue resurrectiōis vitatē. Vñ Lu. vlt. Cū mā ducasset inqt corā eis: sumēs reliqas dedit eis (z nēo aude. discū. intro. eū: tu qs es? z hoc pp̄ cognitiōis certitudinē quā d ipo hēbant (sciētes qz dñs ē) z iō frustra fecissent de h q̄stione (z venit ihs) .i. accessit ad mēsam (et accepit panē) quē d nouo sua oīpotēti vtute creauerat (et da. eis: z piscē silr) eo mō diuidebat eis z distribuebat sic añ passionē/ ad declarādā suā resurrectionē. Dicūt em aliq doctores z satis pbabilit: q sic diuidebat cibaria sola manu sic alı̄ cū cultello: z in h discipli cognouerūt eū (Hoc iā ťtio ma. ē ihs dis. suis cū resur. a mortuis) certū ē q iā plaries māifestauerat seipm: cū in ipa die resurrectiōis qnqes apparuit. ḡ ista apparitio dr tertia nō in nūero apparitionū/ sz i ordine dierū: vt pmo dicat māifestat' i die rsurrectiōis: scdo i octa. pasce: z ťtio h. Vñ circa pñs euā. vbi dr: Māifestauit se iterū iesus disci. suis ad mare galilee. Chry. dic q euā. noiat h locū vbi h māifestatio est facta qz illuc z apli iuerant: in q oñdit q iā magnā pte timoris eorū xps abstulerat vt audirēt eū māifeste exire d domo nō em vltra in domo reclusi erāt. Vñ h qrit cur iā et nō prı̄' iuerīt piscari? Rñdeo fm Aug'. qz iā mgro recedēte nō hēbāt vñ viuerēt: quā penuriā etiā xps idurit vt i piscatiōe eū agnoscerēt. Scdo qrit cur petr' ad piscationē rediit quā sel reliqt? Rñdet Greg. qz licita ars erat nutriendi se p artē piscādi igit z ctūs vo Mat. ad teloneū nō vltra resedit: qz fit vix sine pctō. Querit ťtio/ vñ ceperīt nauim z retia q relīguerīt? Rñdet Chry. Mutauerūt a pinqs. Quarto qrit: Cur nihil potuerīt cape Rñdet q deus ita disposuit vt p miraculum doceret eos xpm agnoscere.

Venite prādete: z nemo audebat discūbentiū interrogare eū: Tu qs es? sciētes qz dñs ē. Et venit ihs z accepit panē z dabat eis: z piscē silr. Hoc iā ťtio manifestat' est ihs discipulis suis cū resurrexisset a mortuis.

Dñica. i. p' pasca Euā. Jo. XX



In illo tempe Cum ergo esset sero: die illo

C Postilla Cum g sero eēt die illo. Jo. xx. lu. xxiiij. Dis. h' euā. facta ē ipo resurrectiōis dni die p pma pte: p scda aūt pte i octa. pasche. Vñ initiū ill' euā. scribit. s. Joā e. c. q ihs dixit Marie mag. vade ad frēs meos z dic eis: ascē do ad pa. me. z p. ve. deū me. z de. ve. Venit maria m . añūciās discipul': qz vidi dñz. Et h dixit mihi. Tūc statī seqt euā. ho. (Cū g sero esset) Ly. ī die apl'i erāt dispsi pp metū iudeorū: sz in sero ꝯueniebāt ad locū vnū z in tali hora xps eis apparuit (die illo)

vna sabbatorū et fores essent clause vbi discipli erāt ꝯgregati ꝓpt metū iudeoꝝ: venit iesus ꝛ stetit ī medio eoꝝ: ꝛ dixit eis: Pax vobis. Et cū hoc dixisset ōndit eis manꝰ et latꝰ. Gauisi sūt discipuli viso dño. Dixit ergo eis iteꝝ: Pax vob: sicut misit me pr̄ ꝛ ego mitto vos: hec cū dixisset īsufflauit ꝛ dixit eis: Accipite spm̄sctm̄: q̄ꝝ remiseritis pctā: remittunt̄ eis: ꝛ q̄ꝝ retinueritis: retēta sūt. Thomas aūt vnꝰ ex duodecim q̄ dicit̄ didymꝰ: nō erat cū eis qn̄ venit iesus. Dixerūt ḡ ei alij discipuli: Vidimus dn̄m. Ille autē dixit eis: Nisi videro in manibꝰ eiꝰ fixurā clauorū: ꝛ mittā digitū meū ī locū clauoꝝ: ꝛ mittā

scꝫ dñice resurrectiōis (vna sabbatoꝝ) .i. pma die post sabbatū. Sꝫ q̄re xp̄s visꝗ ad vesperā distulit? Rn̄det̄ ꝑm Chry. vt oēs siꝰ inueniret ī domo: ꝛ nisi in sero nō inuenisset eos siꝰ cōgregatos. Itē in sero solent homies magis timere: ꝛ illa hora voluit eos ꝯsolari sua apparitione (ꝛ fores eēnt clause vbi discipuli erāt cōgregati ꝓpt metū iudeorū) qđ ex diuia ordinatione factū est vt ih̄s īntraret ad discipulos ianuis clausis: vt ostēderet se hr̄e corpꝰ glorificatum (venit ih̄s et stetit in medio) vt patet Matth. xviij. Ubi duo vel tres cōgregati fuerint ī noie meo: ibi sum in medio eoꝝ (ꝛ dixit eis pax vob) Tho. q. d. nō turbemini nec timeatis: ego sum q̄ pacē vob ꝓmisi et pacē vob p̄dicaui: ꝛ iō ex auditu salutatiōis potestis me agn̄scere (ꝛ cū h̄ dixisset ōndit eis manꝰ ꝛ latus) vt nō solū auditu sꝫ etiā visu certificarent̄ (gauisi sunt discipuli viso dño.) Tho. ꝯtristati em̄ in eiꝰ morte letant̄ de resurrectiōe: ꝛ sic socij passiōis fiūt ꝑticipes ꝯsolatiōis (Dicit ḡ eis iteꝝ: Pax vobis) Iterat oblationē pacis: vt mōstret ꝓpter suū aduentū esse pacificata et q̄ in celis ꝛ q̄ in terra sunt (sicut misit me pr̄) scꝫ ad v̄itatē fidei nūciandā in iudea (et ego mitto vos) ad eandē publicandaꝫ ꝑ vniuersum mūdū. In signū huius dixit eis in die ascēsiōis: Ite in mūdū vniuersum: p̄dicate euāgeliū oī creature. Un̄ in Ps. xviij. In oēm terrā exiuit sonꝰ eoꝝ. Et q꞉ executio huius officij nō pōt conuenient̄ fieri sine gr̄a spūsct̄i. iō sequit̄ (ꝛ cū h̄ dixisset insufflauit et dixit eis: Accipite spm̄sctm̄) Tho. ōndēs ꝑ h̄: ꝙ sicut flatus ꝓcedebat de ore ipīꝰ iesu xp̄i: ita spūssanctꝰ q̄ dabat̄ in flatu / ꝓcedit ab ipo filio iesu xp̄o sicut ꝓcedit a pr̄e: qđ est cōtra grecos / q̄ negāt spm̄sctm̄ ꝓcedere a filio (q̄ꝝ remiseritis pctā remittunt̄ eis) .i. q̄ꝝ solueritis / soluta sūt (ꝛ q̄rū retinueritis retēta sunt) .i. q̄s ligaueritis / ligati sunt: vt pꝫ Matth. xvj. Quecūꝗ ligaueritis sup t̄rā / erūt ligata ꝛ ī celis: et q̄cūꝗ sol. sup t̄rā / e. so. ꝛ in celis. Glo. Ista ptās intelligēda est: claue nō errāte. Tūc āt errat qn̄ sacerdos soluit illū quē deꝰ nō soluit: vl̄ qn̄ ligat quē deꝰ nō ligat (Thomas aūt vnꝰ ex duodecim q̄ d꞉r didymus) .i. dubiꝰ (nō erat cū eis qn̄ venit iesus) Ly. ipe em̄ inter alios discipulos videt̄ fuisse magis didymus: vt pꝫ Ioh. xj. Et ideo tardius venit ad locū vbi cōgregabant̄ discipuli: ꝛ ideo ꝓpt tarditatem suā p̄uatus est illa visione xp̄i. Hoc aūt actū est diuina ordinatiōe ꝓpter nostram ꝯfirmationem. Un̄ Grego. Dū ille ad fidē palpādo reducit̄ / nostra mens oī dubitatiōe postposita in fide solidat̄: (Dixerūt ḡ ꝛ alij discipuli) q꞉ boni rumores cito nunciant̄ (vidimus dn̄m) sic em̄ eū ante passionē noiabant (ille autē dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixurā clauoꝝ) scilicet vt probem visu (et mittā digitum meum in locum clauoꝝ / ꝛ mittā manū meā in latus eius) vt ꝓbem tactu

Isti eñ duo sũt sensus q̃ mi⁹ pñt decipi scꝫ visus ꝛ tact⁹ (Et post dies octo iterũ erãt discipli ei⁹ int⁹ ꝛ thomas cũ eis) Ly. facto interuallo xp̃s apparebat discipul' qꝛ nõ ꝯuersabat q̃tidie vel continue cum eis: vt ostéderet se resurrexisse ad vitã imortalẽ ab hominib⁹ hui⁹ mundi sepatã (venit iesus ianuis clausis) vt ostenderet corpus glificatũ (et stetit i medio eoꝝ) vt possit ab oĩbus videri (ꝛ dixit eis pax vobis) qꝛ sic salutare ꝯsueuerat discipulos suos: ꝛ etiaꝫ sic docuerat discipulos salutare alios hoĩes: vt pꝫ Mat. x. In quãcũqꝫ domũ intraueritis/ ꝑmũ dicite pax huic domui (deinde dicit Thome: Infer digitũ tuũ huc) vt ꝓbes ꝑ tactum (et vide manus meas) vt ꝓbes ꝑ visum: (et affer) .i. applica (manũ tuã ꝛ mitte in latus meũ: ꝛ noli esse icredulus sꝫ fidelis) .q.d. ꝓpt' tuã dubitationẽ sanandã ondo tibi vulnera mea. vñ Aug⁹. in li. d̃ tri. dicit: q thomas palpauit cicatrices xp̃i (Rñdit thomas ꝛ dixit ei: Dñs me⁹ ꝛ deus meus) Tho. Ecce pfecta fides qꝛ ꝯfitet hũanitatẽ [illegible] eitatẽ xp̃i (dñs) q̃tũ ad humanitatẽ q̃ nos redemit (deus) q̃tũ ad deitatẽ q̃ nos creauit (Dicit ei ihs: qꝛ vidisti me) .s. hoiem (et credidisti) .s. deũ. Ly. Nã thomas aliud vidit/ ꝛ aliud credidit: qꝛ hũanitatẽ vidit ꝛ deitateꝫ q̃ in pñti videri nõ põt/ credidit (Bti q̃ non viderũt ꝛ crediderũt) Ly. in h̃ stat ꝯsolatio nr̃a: qꝛ xp̃m nõ vidimus et tñ credimus ip̃m veraciť eẽ sub specie panis in sacro.

manũ meã in latus ei⁹: nõ credã. Et post dies octo iteꝝ erãt discipli ei⁹ int⁹ ꝛ thomas cũ eis: venit ihs ianuis clausis: ꝛ stetit in medio: ꝛ dixit eis: Pax vob. Deinde dicit thome: Infer digitũ tuũ huc ꝛ vide man⁹ meas et affer manũ tuã et mitte in latus meũ: ꝛ noli esse incredulus sed fidelis. Rñdit thomas ꝛ dixit: Dñs meus ꝛ de⁹ meus. Dicit ei ihs: Quia vidisti me thoma: credidisti: Bti q̃ non viderũt et crediderũt. Multa q̃dẽ et alia signa fecit iesus in cõspectu discipuloꝝ suorũ q̃ nõ sunt scripta in libro hoc: Hec auteꝫ scripta sunt vt credatis: qꝛ ihs est filius dei: ꝛ vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

(Multa q̃dẽ et alia signa fecit ihs in conspectu discipuloꝝ suoꝝ q̃ nõ sunt scripta in h̃ libro) Iohes euãge. pauciora signa narrauit q̃ alij euãgeliste: qꝛ vltio scpsit ꝛ signa q̃ alij scpserũt omisit (Hec aũt scripta sũt vt credatis qꝛ xp̃s est fili⁹ dei) scꝫ naturalis in potentia sibi ꝑ oĩa eq̃lis et ꝑ ꝯseq̃ns idẽ in diuinitate: qꝛ natura diuia ẽ indiuisibilis (ꝛ vt credẽtes) qꝛ iesus incarnatus/ passus/ mortu⁹/ sepult⁹/ regressus ab inferis celũ ascẽdẽs/ ver⁹ ẽ dei filius (vitã habeatis [illegible] eternã in q̃ cla[illegible] videbitur q̃ nũc credit (in noĩe ei⁹) .i. ꝑ fideꝫ nois eius: qꝛ dr̃ Act. iiij Nec aliud est nomẽ sub celo datum hominibus in q̃ oporteat nos saluos fieri. ¶ Vñ circa pñs euã. vbi dr̃: Accipite spm̃sctm̃ q̃rũ remiseritis pctã/ remittunť ꝛc. Videť q nisi sacerdos habeat spm̃sctm̃/ nõ põt soluere: qꝛ dicit pmo: Accipite spm̃sctm̃ et postea subdit: Quoꝝ remiseritis pctã remittunť eis. Rñdeť q sacerdos absoluit ex officio/ ꝛ nõ ex vite merito. ꝛ sic sacerdos bon⁹ et mal⁹ in ṽtute spũsctĩ remittit pctm̃: qꝛ in ṽtute caracteris ordis q̃ dať a spũsctõ que opať in sacris. Glo. (quoꝝ remiseritis) .i. q̃s dignos remissione iudicaueritis duab⁹ clauib⁹ .s. ptãtis et discretiõis (remittunť eis) .i. tunc dñs approbabit remissionẽ pctõꝝ Et q̃rũ ñ remiseritis/ de⁹ nõ approbabit. Chꝛy. sicut rex ꝑncipẽ mittẽs dat ei ptãtẽ mittere in carcerẽ ꝛ emittere. Ex q̃ pꝫ q sacerdos est minister et instrumentũ aĩarũ dei

Ego sum pastor bonus ¶ Postilla. Joh. x. Visio. huiꝰ euā. facta ē anno xpi. xxxij. vj. kal'. octobris. ī sabbato. luna. xij. inditiōe. v. An initiū illꝰ euā. scribit sctūs Joh. in eo. ca. ꝙ xps dixit disci. suis: Ego sū ostiū. ꝑ me si qs itroierit saluabit' ⁊ ingrediet' ⁊ egrediet' ⁊ pascua iueniet Tūc postmodū sequit' euan. hodiernū (Ego sū pastor bonus) Ly. In pñti euangelio ponit euāgelista ꝯditōes boni pastoris et etiā mercēnarij: qꝛ bonꝰ pastor de[illegible]bere affectione ad gregē/ intātū ꝙ ꝓ eo si necesse ē sustineat mortē. ꝗ dicit (bonꝰ pastor aīam suā) .i. vitā corꝑalē (dat) spōte ⁊ volūtarie (ꝓ ouibus suis) impleuit hoc ipe xps: qꝛ animaʒ suā ꝑciosissimā dedit ꝓ salute mūdi: vt ptʒ .j. Joh. iij. Chrys. Aīam suā ꝓ nobis posuit: et nos debemꝰ ꝓ fratribꝰ aīas ponere. (mercēnariꝰ āt ⁊ q̄ nō ē pastor) h' tangit cōditiōes mali pastoris. s. ipiꝰ mercēnarij: q̄ in officio ꝑlatiōis attēdit cōmodū rei tpalis et honorē seculi. vñ Augꝰ. Sūt in ecclia q̄dam ꝑpositi nō dñm q̄rētes/ sʒ tpalia cōmoda sectantes/ honores ab hoībus appetētes: q̄squis talis est/ mercēnariꝰ est.

Dñica. II. post pascha Euangelium Johannis. X.



In illo tempe Dixit iesus discipul' suis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animā suam dat ꝓ ouibus suis. Mercennarius aūt ⁊ qui nō est pastor: cuiꝰ nō sunt oues ꝓprie: videt lupū veniētē ⁊ dimittit oues ⁊ fugit: ⁊ lupus rapit ⁊ dispgit oues. Mercēnarius aūt fugit: qꝛ mercēnarius est: et nō ꝑtinet ad eū de ouibꝰ.

(cuiꝰ nō sūt oues ꝓpe) sʒ reputat eas q̄si alienas (videt lupū venientē) .i. hereticū cū falsa doctrina eos corrūpētē (⁊ dimittit oues ⁊ fugit) .s. nō resistēdo ꝑ suaʒ doctrinaʒ heretice prauitati (⁊ lupus rapit) ad maluʒ ꝑtrahēdo (⁊ dispgit oues) ab vnitate ecclesie separando: (mercēnariꝰ aūt fugit) .i. auxiliū debitum subtrahit (qꝛ mercēnariꝰ ē) .i. curās solū de lana et lacte .i. d' cōmodis tpalibꝰ (⁊ nō ꝑtiet ad eū de ouibꝰ) .i. qꝛ nō curat de salute ⁊ vtilitate ouiū: nec hʒ affectū debite ordinatū ad eas (Ego sū pastor bonus) sollicitudineʒ hñs ⁊ curā de ouibus (⁊ cognosco oues meas) .s. cognitione affectiua qꝛ diligo salutē ⁊ bonum eaꝝ (⁊ cognoscūt me mee) Ly. qꝛ veri fideles cognoscūt bñficia xpi (sicut nouit me pr̄/ ⁊ ego agnosco prēʒ) vñ Aug. Ea dilectiōe q̄ pr̄ me diligit: diligo prēm (⁊ aīam meā [illegible]ono ꝓ ouibꝰ meis) Tho. hic ostēdit ꝙ passio sua fuit ad gregis redēptiōem/ ꝗ dic (et aīam meā pono ꝓ ouibꝰ meis saluādis Ly. qꝛ aīa xpi ꝓ fidelibus fuit sepata a corꝑe ⁊ oblata deo prī/ cuʒ dixit Ps. xxx. In manꝰ tuas cō. ⁊c̄. Hie. xij. Reliq̄ domū meā dimisi hereditatē meā

dedi dilectā aīam meā ī manib⁹ inimicoꝝ meoꝝ (et alias oues habeo q̄ nō sūt ex h ouili).i.de synagoga iudeoꝝ/ sʒ de pplo gētili (⁊ illas oꝫ me adducere) qđ fctm̄ ē p p̄dicatoēs aplo rū (⁊ vocē meā audiēt) Ly. q: iudeis repellētib⁹ fidē xp̄i gētiles eā deuote receperūt ad p̄dicationes aplo͞ꝝ (et fiet vnū ouile) id ē vna ecclia ex iudeis et gētilib⁹ collecta: est em̄ ecclia vnū ouile ꝓpter vnionē fidei ⁊ charitatis (⁊ vn⁹ pastor).i.xp̄s: alij aūt pastores ecclie nō sunt nisi vicarij isti⁹ pastoris. ¶Vn̄ circa p̄ns euange. vbi dr̄: Ego suʒ pastor bon⁹: queritur vtrū hō prudens ⁊ ꝟtuosus possit appetere sine peccato grad⁹ eminētie: id est p̄laturā. R̄ndeo ƀm hug. d p͞rato: posito q̄ tal' sit dign⁹ gradu queʒ appetit: tal' pōt appetere dupliciter. Vno mō ꝓpt̄ stat⁹ altitudinē: ad quā sequit̄ honor et reuerētia et sufficientia tp̄alium: et hoc mō est pctm̄ mortale: ⁊ ꝑtinet ad cupiditatē ⁊ ambitiōeʒ. Alio mō pōt intelligi: q̄ appetat vt possit ꝓximis ꝓdesse: ⁊ si h laudabile sit: nihilominus tn̄ sic appetere p̄sumptuosū ē: ⁊ p̄nr cū p̄sūptio sit filia sup̄bie ⁊ detestab̄ilis: hinc ē q̄ tal' is gradus nō pōt sine pctō appeti: ⁊ ad h sunt dicta doctoꝝ. Vn̄ Aug. li.ix.d.ci.dei dicit: q̄ loc⁹ supior ⁊ si administret vt decet idecedent' tn̄ appetit̄. Et Bern̄. Quotiēs hoīb⁹ p̄esse desidero: deū meū p̄ire cōtēdo: et tūc n̄ sapio q̄ dei sūt ⁊c. vn̄ etiā Chrys. sup Mat. et allegat̄ i decre. dis. xl. Quicūq̄ desiderauerit p̄imatū in terra: inueniet ꝯfusionē i celo: nec iter suos xp̄i cōputabitur q̄ de p̄mato tractauerit: ⁊ ad h est exēplū xp̄i: q̄ fugit qn̄ eū regeʒ facere voluerūt: vt habet Jo. vj. vn̄ apl's ad Heb. v. Nemo assumat sibi honoreʒ nisi q̄ vocat⁹ fuerit sic aaron: imo sancti qn̄ electi fuerint renuerūt ⁊ restiterūt: vtʒ i btō Nicolao/ Martio/ Gregorio: et alijs multis sanctis.

Ego sum pastor bon⁹ ⁊ cognosco oues meas: ⁊ cognoscūt me mee. Sicut nouit me pr̄: et ego agnosco patrē: aīam meaʒ pono p ouib⁹ meis. Et alias oues habeo que nō sūt ex hoc ouili: ⁊ illas oportet me adducere: ⁊ vocem meam audient. Et fiet vnum ouile ⁊ vnus pastor.

Dominica. III. post pascha. Euangelium Joh. XVI.



In illo tempe Dixit iesus dis. suis: Modicū

¶Postilla.

Modicū ⁊ iā nō videbitis me. Jo. xvj. Hist. hui⁹ euāge. facta ē āno xp̄i. xxxiij. ix. kal'. Aplis feria. v. videlicet cene dn̄i: luna. xiiij. iditiōe. vj. Vn̄ initiū hui⁹ euāge. scribit sctūs Johā. i eo. ca. q̄ xp̄s post cenaʒ dixit discipulis suis. Adhuc multa habeo vobis dicere: sʒ non potestis portare modo: cum aūt venerit ille sp̄us veritatis/ docebit vos oēm ꝟitatē. Tūc postmodū seq̄t̄ euāge. ho. (Modicū ⁊ iā nō videbitis me) ƀm Chrys. mo-

dicū etiā nō videbitis me: itelligit tps ab hora mortis vsqꝫ ad resurrectiōe3. s. qñ p triduū iacuit i sepulchro tūc nō viderēt eū (iterū modicū ꝛ videbitis me) itelligit tps ab hora resurrectiōis vsqꝫ ad ascēsionē i quo apparuit eis loquēs de regno dei vt3 Act. j. ꝛ illo tēpus fuit modicū respectu tpis seqntis vsqꝫ ad finē mūdi: io subdit (q2 vado ad prē3) sc3 qñ ad celū ascēdā ꝛ tūc ñ videbitis me cōiter loqndo: nisi i gñali resurrectiōe: ppt̄ h̄ dicit Act. j. Viri galilei qd statis aspicientes in celū? hic Jesus q assumptus est a vobis in celū: sic veniet quēadmodū vidistis eū euntē in celū. q. d. ampli⁹ nō videbit in terra p̄sentia corporali vsqꝫ q veniet ad iudiciū. Et em aliqb⁹ sctis postea apparuit vl adhuc apparere possit: h̄ ex spāli grā fuit vt apparuit Johanni euangeliste añ mortem suā vocans eū ad celestē grām. similiter beato Petro exeunti romā3 a facie Neronis apparuit christus: cui petrus dixit: Domine q vadis? Respondit christus: Uado romā iterum crucifigi. Similiter apparuit beato paulo apostolo quādo fuit prostratus de celo. vt habetur Act. ix. (dixerūt ergo discipuli ad inuicem: Quid est hoc qꝫ dicit nobis: mo dicu3 ꝛ iam nō videbitis me: ꝛ iterū modicū ꝛ videbitis me?) p̄dicta verba xpi erāt discipulis obscura anteqꝫ eēnt ope impleta: q2 videbat eis quō in xpi v̄bis eēt qdā 3rietas: cū dixit: modicū ꝛ iā nō videbitis me: ꝛ iterū modicū ꝛ videbitis me: q2 nō sciuerūt illa referre ad diuersa t̄pa (dixerūt ḡ: qd ē h̄ qđ dicit nobis modicū nescim⁹ qd loquit: Cognouit ḡ iesus / qꝫ volebāt eu3 interrogare) h̄ cognouit diuia virtute cui⁹ ppriū est cognoscere secreta cordium (ꝛ iđo dixit eis: de boc queritis int̄ vos: q2 dixi: modicū ꝛ nū videbitis me ꝛc.) Hic rñdēdo p̄uenit eorū interrogationē3. vt ondēret se scire mētis eorū itētionē (Amē amē dico vobis: q2 plorabitis) Tho. s. dolebitis interi⁹ i mēte de morte ꝛ passiōe mea (ꝛ te ꝛ passiōe mea ꝛ flebitis) exteri⁹ sc3 interiorē mētis tristiciā signis exterioribus ondētis. (mūdus aūt gaudebit) id est iudei mūdi amatores. Ly. q2 in triduo mortis xpi iudei mūdialiter vidētes gauisi sūt credētes se xp̄m totaliter extixisse ꝛ nomē suū totalr̄ deleuisse (vos āt 9tristabimini: s3 tristicia v̄ra vertet in gaudiū) Hoc ipletū est i resurrectiōe xpi qñ gauisi sunt discipli viso dño: ꝛ i ascēsiōe qñ vidētib⁹ illis eleuatus est in celū (Mulier cū parit tristiciā h3) ppt̄ dolorē quē sentit. Gēn. iij. In dolore paries (q2 venit hora eius) sc3 hora pariendi (cum autem peperit puerum: iam non meminit pressure) p̄cedentis (propter gaudiū: q2 nat⁹ ē hō in mūdū) Ly. q2 i natiuitate pueri gaudiū superueniēs absorb3 pcc

ꝛ iā nō videbitis me: ꝛ iterū modicū ꝛ videbitis me: q2 vado ad patrē. Dixerūt ḡ discipli ei⁹ ad iuicē: qd ē h̄ qđ dic nob: modicū ꝛ ñ videbitis me: ꝛ iterū modicū et videbitis me: q2 vado ad p̄rem? Dicebāt ḡ: qd ē h̄ qꝫ dic nobis: modicū: nescim⁹ qd loqt. Cognouit aūt iesus: q2 volebāt eū interrogare ꝛ dixit eis: De h̄ q̄ritis inter vos q2 dixi: modicū ꝛ nō videbitis me: ꝛ iterū modicū ꝛ videbitis me: Amē amē dico vob: q2 plorabitis ꝛ flebitis vos: mūd⁹ āt gaudebit: vos aūt 9tristabimini s3 tristicia v̄ra vertet i gaudiū. Mlier cū parit tristiciā h3: q2 venit hora ei⁹. Cū āt pepit puerū: iā nō meminit pressure ppt̄ gaudiū: q2 nat⁹ ē hō in mundū. Et vos igit nūc quidē tristiciā habetis: iterū autē videbo vos ꝛ gaudebit cor vestrum: ꝛ gaudiū v̄rm nemo tollet a vobis.

dēte tristiciā (et vos igit' nūc q̄dē tristiciā habet;).s.mee passiōis ꝛ morti;(iteꝝ aūt videbo vos).s.post resurrectiōez meā (ꝛ gaudebit cor ve.) ꝺ visiōe mea (ꝛ gaudiū vr̄m nemo tol.a vob) Hor. q: xp̄s ih̄s q̄ erat ipsoꝝ gaudiū resurgēs a mortuis iā nō morit'. Ro.vj Istud vō gaudiuz aplōꝝ ꝺ xp̄i visiōe fuit incboatū post resurrectionē xp̄i: s; post ꝯsūmatū in glīa in celo. ¶ Circa p̄ūs euā. vbi ꝺr Uos aūt ꝯtristabi mini. Notandū ꝙ nēō i hac vita pōt diu eē sine tristicia Un̄ Job.xiiij. Hō nat⁹ ꝺ mliere breui viuēs tp̄e ꝛc. Sz q̄ rit: cur de⁹ sic ordinauit? R̄ndeo p̄io vt sciam⁹ nos eē h̄ nō ciues s; aduēas ꝛ pegrīos ꝙdiu in mūdo sum⁹: q̄ vall' lachrymaꝝ ꝺr: q̄ ē loc⁹ medi⁹ int' celū vbi ē sūm̄ gaudiū ꝛ infernū vbi ē sū̄ma pena. Scd̄o vt stimulemur penis: quasi calcarib⁹ ad currēdū in via mādatoꝝ dei. Tertio vt purgemur igne tribulationum / ne in purgatorio lauemur. Quarto vt fugiam⁹ īfernū vbi oēs pene in sūmo tsū. Quīto: vt pl⁹ ꝺ gaudio mereamur: nā ꝟtus est circa difficile ꝭm phm. Et Act.xiiij. Per mltas tri. optet nos itrare i re. celoꝝ. Itē notādū ꝙ due passiōes necāt q̄n̄q; hoīez.s. tristicia ꝛ leticia. Tristicia occidit / s; tarde: nā i tristicia p̄i⁹ retrahit' calor nālis ad iteriora et postea exhalat ad extiora: ꝛ tal' exhalatio calor / ꝓhibet nutrimētū i mēbris ꝛ opat' ꝯsūptōez i ill'. vn̄ Prou.xvj. Sp̄us trist; exiccat ossa. Leticia āt nimia cito occidit q: tūc cor magi; dilatat' ꝛ calor nālis ad exteriora trāsit ꝛ a corde recedit ꝛ mors interuenit. Un̄ Prouer.j. Prosꝑitas stultoꝝ pdet illos. Utrūq; etiam occidit aīam tā in vita ꝓspera / ꝙ aduersa: s; magis ꝓspa. Un̄ Aug⁹. Multi res aduersas timēt ꝓspas nō timent: piculosior ē tn̄ aīe res ꝓspa q̄ aduersa. Itē patet in dauid: qui i aduersis q̄ passus est a saul n̄ cecidit / s; i ꝓsperis iā in regno positus cu; bersabee peccādo cecidit.

Dn̄ica.IIII.post pascha. Euāgelium Johannis.XVI.



In illo tp̄e dixit ih̄s dis.suis: Uado ad eū q̄ me misit: ꝛ nemo ex vob interrogat me: q̄ vadis? Sz q: hec locutus sū vob: tristicia ipleuit cor vr̄m. Sz ego ꝟitatē dico vob:

¶ Postilla. Uado ad eu; q̄ me misit. Joh.xvj. Un̄ initiū illi⁹ euā. xp̄s p̄dixit aplis psecutionē quā passuri essent: sic ꝙ eij ciēdi erāt de synagoga: ꝛ q̄cūq; eos occideret / crederet se obsequiū p̄stare deo: ꝛ postea subiūxit ꝺ recessu suo cū dixit i euā. hodierno (Uado ad eu;) id ē in ꝓrio ascēdo ad p̄re;(q̄ me misit) Ly. q: ipleo officiū p̄dicatiōis mee ad qđ missus sum (ꝛ nemo ex vob inter. me).i. iterrogabit.q.d. ita apte ascēdā ad patrē ꝙ nullus vr̄m iterrogabit q̄ vadā: q: certi eritis ꝙ vado ad glīa; p̄ris (s; q: hec locut⁹ sū vob).s. de recessu meo (tristicia ipleuit cor vr̄m).i. vehemēter facti estis tristes. Ly. apl̄i tristabant' de recessu xp̄i: de cui⁹ p̄ntia cōsi-

expedit vob̄ vt ego vadā: si em̄ nō abiero: paclet⁹ n̄ veniet ad vos: si aūt abiero: mittā eū ad vos. Et cū venerit: ille arguet mūdū de pctō ⁊ de iusticia ⁊ de iudicio. De pctō qdē: qꝛ nō credunt me: De iusticia xo: qꝛ ad prēz vado: ⁊ iā nō videbitis me: De iudicio aūt: qꝛ pnceps hui⁹ mūdi iā iudicat⁹ ē. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nō potestis portare modo. Cū autem venerit ille spūs xitatis: docebit vos oēm xitatē: Non em̄ loquet̄ a semetipo: s; qcūq; audiet loquet̄: Et q vētura sūt annūciabit vobis. Ille me clarificabit: qꝛ de meo accipiet et annunciabit vobis.

debāt in tribulatiōib⁹ suis ꝯsolari (s; ego xitatē dico vob̄: expedit vob̄ vt ego vadā) .i. subtrahar aspectui vrō pn̄tia mea corꝑali. iō sbdit (si em̄ n̄ abiero paclet⁹ n̄ ve. ad vos) Ly. qꝛ plenitudo sctispūs nō erat dāda nisi post ascēsionez xpi. Un̄ Chry. Apl̄i nimis corꝑalē pn̄tiaz xpi diligebant: et ideo ad susceptionē spiritussancti minus idonei erāt. Sciendum tn̄ s̄m Tho. de aqno sup Joh. ꝙ ille amor quo discipuli diligebant corꝑalē pn̄tiā xpi / nō erat pctm̄. reddebant̄ tn̄ ex h̄ minus idonei ad ꝑceptionē spūssancti: habita em̄ vna ꝯsolatiōe / n̄ qrit̄ alia. vn̄ qꝛ delectabant̄ in pn̄tia xpi nō petebant nec desiderabant aduentum paracleti: ipe em̄ n̄ venit ad mentē hominis nisi vocat⁹ ⁊ desiderat⁹. Unde Sap. vij. Optaui ⁊ dat⁹ est mihi sensus: vocaui ⁊ veīt in me spūs sapīe (⁊ cū venerit / ille arguet mūdū d̄ pctō) Tho. Spūi sctō attribuit̄ correctio: qꝛ correctio deb; ꝓcedere ex charitate (de pctō) Tho. qd̄ habet vel facit (⁊ de iusticia) quā nō habet (⁊ de iudicio) qd̄ nō timet (de pctō q̄dēm qꝛ nō credūt in me) Tho. iudei peccabant in xp̄m: qꝛ nō credebant eum esse xp̄m vel messiam (de iusticia) .s. xpi quā non acceptauerūt homines mūdani: nec imitari voluerūt (qꝛ vado ad prēm) Ly. ꝑ h̄ em̄ ꝙ xp̄s resurrexit / ⁊ ad celū ascendit / declarata ē ei⁹ iusticia: qꝛ soli iusti intrāt celū. Un̄ Ps̄. cxvij. Hec porta dn̄i: iusti intrabūt in eam: (et iam nō videbitis me) p̄sentia corporali habitantez vobiscū: qꝛ post ascēsionē apl̄i apl̄i⁹ nō viderūt i terris xp̄m (de iudicio xo) .s. futuro qd̄ mūdus nō timuit: oportebat tn̄ timere: (qꝛ pnceps hui⁹ mūdi iā iudicatus ē) .i. cōdēnatus diuina snīa tanq̄ obstinat⁹: ⁊ ꝑ ꝯn̄s oēs ei adherentes eodem iudicio ostendunt̄ condemnabiles: si em̄ de⁹ angelis peccātibus nō pepercit: nec hoībus parcet (adhuc multa habeo vob̄ dicere / s; nō po. por. mō) .s. ꝓpter vrām impfectionē / et illorū dicendorū de altissimis fidei arduitatem ⁊ ꝓfunditatē. (Cū aūt venerit ille spūs xitatis) Ly. id ē spūssanct⁹ qui est xitas ꝑ essentiā ⁊ affectionē / docendo eaz (ille docebit vos oēz xitatem) Ly. s. necessariam ad salutē: non solū ꝓ ꝑsonis vrīs / sed etiā ad regimen ecclesie et fideliū instructionē (nō em̄ loquet̄ a semetipo) Lyra: qꝛ sicut nō est a semetipo / s; a patre et filio: ita nec a se loquit̄ (s; qcūq; audiet) a me ⁊ a prē: qꝛ suū audire / est ab eis procedere (loquet̄) .s. vobis (⁊ q futura sunt annunciabit vob̄) Ly. multa em̄ de futuris ꝑ spm̄sctm̄ reuelata fuerūt apl̄is. sicut apl̄o iohāni reuelatus est ꝓcessus ecclesie vsq; ad finē mūdi i Apoc̄. et petro suū martyriū: s̄m ꝙ ipemet dic̄. ij. Pe. j. Scio qꝛ velox ē depositio tabnaculi mei. Et paulo reuelatū ē / ꝙ in nouissimis diebus descēdēt qdā a fide: vt hr̄. j. Timo. iiij. (ille me clarificabit) Tho. qꝛ ad īuocationē noīs mei facietis oꝑa mirabilia: (qꝛ de meo accipiet) .i. sciaz ⁊ agnitionē hēbit a prē sic̄ et ego (⁊ annūciabit vob̄).

Dñica. V. post pascha. Euā-gelium Johannis. XVI.



In illo tempe Dixit iesus dis. suis: Amē amē dico vob Si qd petierit| p̄rē i noīe meo dabit vob: vsq mō n̄ petistl qcq i noīe meo. Petite r accipietl vt gaudiū vrz sit ple nū. Hec i pūbijs locut⁹ sū vob: venit hora cū iā nō in puerbijs loquar vobis: s palam de p̄re meo annūciabo vobis: In illo die i noīe meo petet|. Et nō di-

AMen amen dico vobis. ⁋Postilla. Joh. xvj. Historia hu⁹ euāge. facta est anno christi. xxxiij. ix. kal. April. feria. v. i cena dñi. luna. xiiij. inditiōe. vj. Ante initiu3 illius euā. scribit s. Joh. in eo. c. q xps post cenā dixit dis. suis: Nūc vos qdē tristiciā hētis: Iterū āt videbo vos r gaudebit cor vr3 r gaudiū vrm nēo tollet a vobis. Tūc postmodū sequit euan. hodi. (Amē amen dico vob) Hor. hic dñs iesus consolat discipulos ex petitionū suarū exauditione: r iuramentū p̄mittit: vt hō nō hesitet de petitiōe dicēs: (Amē amē dico vob: Si qd petieritis p̄re3 i noīe meo) .i. ptinēs ad salutē: qr iesus qd est nomē xpi/ saluator interpretat (dabit vob) r si nō statim/ tn̄ finalit dabit vl illud qd petitis/ vel eo melius (vsq mō nō petistl qcq in noīe meo) qr nō erat temp⁹ opportunū: quia dñs iesus erat cū eis p̄sentialiter qui oīa dabat. Vn̄ Chrys. Quid peterent qui oīa bona secum haberēt? (Petite r accipietis: vt gaudiū vrm sit plenū) Tho. qr omnis petitio ad illud gaudiū referri debet: h ēm gaudiū ɔsistit in dotibus anime r corporis r erit plenū gaudiū i beatis. vñ dicit in ps. xvj. Satiabor cū apparuerit gloria tua (hec i puerbijs locut⁹ su3 vob) .s. Ego su3 vitis vera r vos palmites. Itē ibi: Mulier cū parit tristiciā hab3 qr venit hora eius (venit hora cū iā n̄ in prouerbijs loqr vobis: sed palā de patre meo ānūciabo vob.) Chrys. h erit tps resurrectionis: qr tunc omia māifeste eos docuit. Nā p qdraginta dies appuit eis p⁹ resurrectionē suā/ loquens eis de regno di Act. j. Ly. xpus post resurrectionē clarius r expressi⁹ docuit apostolos d regno dei q ante. Ipsi enim erant magis capaces: qr hēbant sensum apertu3 ad intellectu3 scripturarum vt hr Lu. vj. (in illo die) .s. i die pentecostes (in nomine meo petetis) id est petēdo nomē meu3 inuocabitis: quia post ascensionem r missionē spiritussancti/ apostoli magis virtutem nois iesu xpi sentiebāt q ante: et ideo petitiōes suas i nomie iesu formabāt et pp̄ter h orationes ecclesie in fine formant in noīe iesu dicēdo: p dñm nrm iesu3 xpm rc. (r n̄ dico vob: qr rogabo p̄rem d vob) Tho. q. d. ad exaudiēdū vras petitiōes apud p̄rem nō erit necessario oratio mea: quia solus amor quo diligit| me/ sufficit patro-

tinari (ipse eñi pr̃ amat vos) amãs facile dat amãti (qꝛ vos me amasti) vtꝫ Jo. xiij. Qui diligit me diligetᷓ a pr̃e meo (ꝛ credidistis / qꝛ a deo exiui. Exiui a pr̃e) ꝑ ętnã gñatõeꝫ (ꝛ veñi i mũdũ) ꝑ carnis assũptionẽ (iterũ relinquo mũdũ) ꝑ passiõeꝫ ꝛ corꝑalẽ ꝑñtiã (ꝛ vado ad pr̃eꝫ) ꝑ ascẽsioneꝫ: qñ exaltatꝰ est vsqꝫ ad dexterã dĩ pr̃is (dicũt ei discipuli eiꝰ: ecce nũc palã loq̃ris ꝛ ꝓuerbiũ nullũ dic[ı]) L. y. clariꝰ loq̃bat̃ de ꝓcessu eiꝰ a pr̃e et de aduentu eiꝰ i mũdũ ꝑ carnis assũptionem q̃ fecerat añ. (nunc scimꝰ qꝛ scis cia) L. y. ex doctrina eñi eiꝰ / et miraculis plenius eius deitatẽ cog̃scebãt: (ꝛ ñ ẽ opꝰ / vt q̃s te interroget) sepe ei dicit glo. volentes ab eo q̃rere / audiebãt solutionẽ añq̃ ꝓponerẽt q̃stionẽ: ꝛ sic priꝰ eis rñdit añq̃ q̃rerẽt (in hoc credimꝰ: qꝛ a deo existi) Tho. q. d. intelligentia oĩm occultoꝝ facit nos credere q̃ tu sis verꝰ ꝛ naturalis filꝰ dei ĩ quo sunt oẽs thesauri sapie ꝛ scie dei absc̃ōditi. ¶ Vñ circa p̃ns euã. vbi dꝛ: Petite ꝛ accipietis: notãdũ ƀm Aug. q̃ triplicia sunt bona i genere. Infima / media / ꝛ sũma. Infima bona sũt tꝑalia: q̃ q̃si nihil sunt. Vñ Hiere. iiij. Aspexi terrã: et ecce q̃si vacua erat ꝛ nihil. ꝛ talia sub ꝯditiõe peti p̃nt moderate: vꝫ si placꝫ da sanitatẽ / tꝑalia ꝛ vitã ꝛc̃. ꝛ rõ ẽ: qꝛ aliq̃bꝰ bona tẽꝑalia: vt scia honores ꝛ amici / diuitie ꝛ filia q̃ñqꝫ aliis sunt occasio peccandi: aliis occasio merẽdi: sꝫ q̃bꝰ ꝓsint ꝛ q̃bꝰ obsint solꝰ deꝰ scit: iõ sibi cõmittẽda sũt. Alia sũt bona media. s. v̾tutes q̃ nulli obesse p̃nt: ꝛ illa ferueñter sunt petẽda. Alia optima vt btĩtudo celestis: ꝛ illa bona petẽda sũt

co vob̃ qꝛ ego rogabo pr̃eꝫ de vob̃: ip̃e ei pr̃ amat vos: qꝛ vos me amastis: ꝛ credidistis qꝛ a dõ exiui. Exiui a patre ꝛ veni i mũdum: Iteꝝ relinq̃ mundũ ꝛ vado ad pr̃eꝫ. Dicunt ei discipuli eiꝰ: Ecce nunc palã loq̃ris ꝛ ꝓuerbiũ nullũ dicis: Nũc scimus qꝛ scis omnia: ꝛ nõ opꝰ est tibi vt q̃s te ĩterroget: In hoc credimus quia a deo existi.

In die ascensionis domini. Euangelium. Marci. XVI.

In illo tempe Recumbentibus vndecim di-

feruẽtissime. Sꝫ q̃rit̃ cur deꝰ nõ stati dat qđ petit̃. Rñdet̃ ꝑmo: qꝛ tũc hõ minꝰ meritã h̃ret nõ iterãdo orõnẽ. Sc̃do qꝛ vilipẽderet̃ vł minꝰ curaret̃ illđ qđ cũ modico labore acq̃reret̃. Tertio vt dsiderium augeat̃: vt i mł̃iere chananea. Quarto vt hõ hũilietur: vt pꝫ i eađ chananea q̃ se canem fatebat̃ Quito: qꝛ meliora interduꝫ dare vult deꝰ tꝑe opportuno et quãdo ipsi homini fuerit vtile.

Postilla.

Recũbẽtibꝰ vndecim discipul̃. Marc̃. xvj. Historia huiꝰ euã. facta est anno xp̃i. xxxiij. iij. no. Junij. iiij. luna. xxvij. feria. v. vꝫ ip̃o die ascẽsionis inditiõe sexta. Añ initiũ illiꝰ euãge. scribit sc̃tũs Lucas: q̃ xp̃s dixit discipul̃ suis: Vos estis testes hoꝝ. L. y. scꝫ passiõis ꝛ resurrectiõis. Et ego mittã ꝓmissuꝫ pr̃is ĩ vos. s. sp̃m sc̃tm̃: vos autẽ sedete in ciuitate q̃adusqꝫ ĩduamini v̾tute ex alto. Tũc postmodũ seq̃t̃ euã. ho. Recũbẽtibꝰ. xj. discipul̃: Dñs nr̃ iesus xp̃us cũ in his q̃dragita dieb̃ ꝑ mł̃tas appitiones discipul̃ factas resurrectionẽ suam approbasset: hodie i die ascẽsiõis his ip̃is voluit ap̃ꝑere. s. i mẽsa dũ prãdebãt. Nã vt dicit mgr̃ i historia scholastica: oẽs tã apł̃i q̃ alij discipl̃i ꝛ mulieres hitabãt in ista ꝑte in hierl̃m / q̃ dꝛ mello: i mõte sion vbi dauid construxerat sibi palatiũ: ꝛ ibi erat illud cenaculũ grande stratũ in quo p̃cepit dñs sibi parari pascha: ꝛ in cenaculo illo habitabãt tũc vndecim apostoli: ceteri vero discipuli et mulieres habitabant circũquaqꝫ per diuersa hospitia: et vt dicitur in principio hodierni euãgelij (Recumbentibus) id est comedentibus

scipulis apparuit illis iesus: et
exprobrauit icredulitatē illoꝝ
⁊ duriciā cordis: qꝛ his q̄ vide
rāt eū resurrexisse: nō credide-
runt ⁊ dixit eis: Euntes in mū-
dum vniuersum predicate euā
geliū omni creature: Qui cre-
diderit ⁊ baptizat⁹ fuerit salu⁹
erit: qui vo nō crediderit: ꝯdē
nabit. Signa aūt eos qui cre-
diderīt hec sequent: In nomi
ne meo d̄monia eijciēt: linguis
loquentur nouis: serpētes tol

(vndecim discipulis) scꝫ in illo cenaculo
hodierna die (apparuit illis iesus et ex-
probrauit icredulitatē illoꝝ ⁊ duriciā cor
dis) Ly. nō q̄ tunc erat in eis: sed q̄ ante
fuerat in ipsis discipulis (quia his qui vi
derāt eum resurre
xisse nō crediderūt)
vt pꝫ de Thoma q̄
nō credidit alijs di
scipulis: ⁊ similiter
alij discipli nō cre-
diderūt marie mag-
dalene ⁊ alijs mu-
lierib⁹ Et comedit
cū eis. Vn̄ Act. j.
Conuescens p̄cepit
eis ab hierosolymis
ne discederēt: sꝫ ex
pectarent ꝓmissio-
nē p̄ris .i. aduentū
sp̄ussctī a patre ꝓ-
missū. ⁊ s̄m mgr̄m
in historijs hoc di-
cto precepit eis: vt
egrederent de ciuitate: ⁊ sic statī euanuit
ab oculis eorū: ⁊ imediate post comestio-
nē vndecim apostoli ⁊ alij discipli ⁊ mu-
lieres vnanimiter d̄ ciuitate egressi / vene
rūt ad montē oliueti ⁊ ibi dn̄s iesus secū-
dario hodierna die appꝛuit: et vt ait mgr̄
in historijs: hāc ꝓmissionē aplōꝝ q̄ vna-
nimit̄ d̄ ciuitate sunt egressi: rep̄sentat ec
clesia singul̄ dieb⁹ dn̄icis processionē fa-
ciens egrediēdo extra ecclīam p̄ferendo
crucē añ ꝓcessionē. Nā ꝑ crucē q̄ prefert
rep̄sentat dn̄s nr̄ Jesus xp̄s: qui nos p̄-
cessit et suo exēplo nob̄ viā ad celū ondit:
⁊ ꝙ ordinate vnus post aliū crucē sequit
vsq̄ ad ecclīaꝫ: significat ꝙ oēs xp̄iani vi
tā / mores ⁊ doctrinā xp̄i sꝑ p̄ oclis habe-
re debeāt ⁊ suā vitā exemplo xp̄i ꝯforma
re: ⁊ sic ꝓficere d̄ virtute in virtutē trās-
eundo / donec intrēt celestē ecclīam .i. pa
triā eternā: vbi videāt facie ad faciē diui
nā naturā: s̄m illud in ps̄. lxxxiij. Ibūt d̄
virtute in virtutē: ⁊ sic videbit de⁹ deoꝝ
in sion. Post hoc cōmisit dn̄s iesus aplīs
officiū predicationis dicens: (Euntes in
mūdū vniuersuꝫ p̄dicate euāgeliū) Aug.

nō phoꝝ vanitates: aut certe ꝓp̄as ficti-
ones. ad Ro. j. Nō erubesco euangeliuꝫ
(omī creature) Ly. oī hoi q̄ hꝫ ꝯueniētiā
cū omī creatura: ꝑ esse em̄ cōuenit cū in-
animatis: ꝑ viuere / cū vegetabilib⁹ ⁊ plā
tis: ꝑ sentire / cū ani
malib⁹: ⁊ ꝑ itellige
re cū angelis: ideo
designat noie ois
creatur (q̄ credide
rit ⁊ baptizat⁹ fue-
rit) Ly. nō eni suffi
cit fides sine baptis
mo: ꝑ quē quis in-
corpat xp̄o / si assit
facultas recipiēdi
baptismū flumīs: si
aūt nō assit facltas
sufficit baptism⁹ sā
guinis: vt ī marty-
ribus / q̄ ꝓ xp̄o int-
fecti sunt anteq̄ es-
sent baptizati: vel
baptismo flaminis:
sic est ī hn̄tib⁹ fidē xp̄i / ⁊ desiderāt baptis
mū: sꝫ p̄ueniunt morte anteq̄ possint iple
re (salu⁹ erit) .s. salute eterna: si saltē opi
bus tenet. Vn̄ Jaco. ij. Fides sine opib⁹
mortua est (q̄ nō crediderit ꝯdēnabit) scꝫ
etn̄a dānatione (Signa aūt eos q̄ credi-
derīt hec sequent) Ly. in p̄mitiua em̄ ec-
clesia fides erat nutriēda ⁊ firmāda mira
culis: iō gr̄a miraculoꝝ dabat nō solum
aplīs xp̄i / sꝫ multis alijs credētib⁹: vtꝫ in
exēplis ⁊ legēdis sctōꝝ (in noie meo) .i.
in vtute nois mei (demonia eijciēt) Hec
oīa ad lr̄aꝫ ipleta sunt: sepe em̄ apli ⁊ alij
fideles demones eiecerūt: sic btūs Bar-
tholome⁹: ⁊ sic de alijs (linguis loqnt no
uis) Ly. hoc est factū in aplīs ⁊ alijs cre-
dētib⁹ q̄ erāt cū eis qn̄ ꝑ gr̄am sp̄ussctī in
die pētecostes receperūt donū linguaꝝ:
vt ptꝫ Act. ij. Loquebant varijs liguis
apli (serpētes tollent) h̄ patet in Paulo.
Vn̄ Act. xxviij. qui ꝑcussus a vipera in
nullo lesus fuit: sꝫ viperā pēdentē ad ma
nus ei⁹ ī ignē excussit: ⁊ Jacob⁹ apl̄s du-
os ingētes dracones remisit i desertū / q̄s
Hermogenes et Philetus concitauerāt

lēt: ⁊ si mortiferū q̄d biberit: nō
eos nocebit. sup egros man⁹ i-
ponēt: ⁊ bñ hēbūt. Et dñs q̄dē
iesus postq̄ȝ locut⁹ ē eis: assum
ptus ē in celū: ⁊ sedet a dextris
dei. Illi aūt pfecti p̄dicauerūt
vbiqȝ dño coopante et s'monē
cōfirmante sequentib⁹ signis.
Dñica p⁹ ascēsionē dñi Jo. XV



In illo tempe
Dixit iesus dis. suis: Cū vene-

ȝ cū (⁊ si q̄d mortiferū biberit ñ eos noce
bit) h ad lr̄aȝ ipletū ē i iohe euā. q̄ vene-
nū bibit qd ei ñ nocuit (sup egros man⁹ i-
ponēt ⁊ bñ hēbūt) q: mlti ifirmi a diuers
lāguorib⁹ sunt curati ex ipositiōe manuū
aplo⁊ ⁊ ex tactu ve
stimento⁊: imo qd e-
tiā pl⁹ ē / ex vmbra
petri apli sanabāt
ifirmi: vt hr̄ Act.
ij. ⁊. v. Itē p man⁹
aplo⁊ fiebāt sig et
pdigia mlta i pplo
⁊ ñ solū ifirmos cu
rabāt: sȝ p ipositio
nē manuū ipo⁊ da
bat spūsctūs. Vñ
hr̄ Act. viij. Tunc
iponebāt man⁹ sup
illos ⁊ accipiebant
spm̄sctm̄ (⁊ dñs q̄-
deȝ ihs p⁹ q̄ȝ locut⁹
ē eis) .s. h oīa ver-
ba iā p̄dicta et pla
alia q̄ hn̄t Actj. j.
(assūpt⁹ ē i ce.) L y.
vtute ppa ⁊ cū g-
tulatiōe toti⁹ famil-
lie celestis. vñ Lu.
xxiiij. Et eleuatis
māib⁹ ferebat i ce-
lū: et bñdixit eis. s.
aplis ⁊ alijs fideli-
b⁹. Ex h loco i con
suetudinē duxit ec-
clesia: vt sic dñs ie-
sus p⁹ q̄ȝ oib⁹ pactj
ascēdere voluit i ce
lū / bñdixit fidelib⁹
suis: q sic epi ⁊ ce-
teri pbri pacto diui
no officio volentes
iā ab altari recede-
re. dāt sup pplm bñdictiōeȝ signātes eos
sig scte cruci ⁊ ipcātes eis bōa i noie sctē
trinitati (⁊ sedet a dex. di) scȝ ɔregn̄s pri i
oi eq̄litate s'm deitatē (illi āt) L y. s. apli ⁊
xpi discipli (pfecti) .s. ad mandatū dñi
nr̄i ie. xpi (p̄dicauerūt vbiqȝ) vñ i ps. xviij
i oēȝ ter. exi. ⁊c. (dño coo.) eos dirigē
do ⁊ ptegēdo (⁊ s'monē ɔfirmāte seq̄nti-
b⁹ signis) Du. sup Mar. Opa miraclo⁊
i exordio eccle nc̄cria fuerūt vt fides mira
cul nutriret mō ñ sūt nc̄cria: q: fides eccle
ɔfirmata ē. ¶ Circa pn̄s euā. ⁊ sup illa v
ba: eūtes i mū. vni.
p̄di. euā. oīni crea.
⁊c. Notādū q s'm
Tho. d Aq. maxi
mū miraculū xpi in
terris fuit: q p sim
plices mūdū sbiecit
fidei: q: apli fuerūt
simplices s'm mōm
⁊ paupes mechani
ci. s. piscatores ⁊c.
⁊ null⁹ nobil fuit ni
si. s. Barth. Vñ h
q̄rit: q̄re nō elegit
xps prudētes h⁹ se
culi scribas q̄ fuerūt
docti i lege / diuites
⁊ potētes. Rñdet p
pter certitudinē fi-
dei: q: si sapiētes se
culi elegissȝ ⁊ misis-
set ad p̄dicādū fidē
xpianā: nūc pfidi ⁊
inimici fidi dixissēt:
q fidē finxissent cū
prudētia ⁊ astutia:
si diuites: tūc dixis
sent: q p dōa ⁊ mu
nera hoies induxis
sēt ad fidē illā: si āt
potētes et nobiles
tunc dixissent q p
potentiā ⁊ coactio-
nē hoies iduxissent
ad fidē: sȝ vt nullū
illo⁊ pfidi allegare
possent: igit ⁊c. vñ
hic notādū: q xps
int oēs sapiētes h⁹ mūdi nisi vnū ɔuītit. s.
gamalielē legisdoctorē ⁊ int oēs diuites so
lū zacheū: ⁊ d oib⁹ nobilib⁹ ⁊ pncipib⁹ nisi
tres nicodemū cēturionē ⁊ r̄gulū: sȝ d pau
pib⁹ ⁊ simplicib⁹ ⁊ igbilib⁹ mltos ɔuertit
q: xpiani a paupib⁹ ⁊ simplicib⁹ ortū ha-
buerūt. Vñ apls. videte vocatōȝ vr̄aȝ frēs

qr ñ multos sapiẽtes ẜm carnẽ: ñ multos po tẽtes/ sʒ īfirma mūdi elegit de⁹. ¶ Postilla

Cum venerit paclet⁹ Jo. xv. Disto. h⁹ euã. facta ẽ anno xpi. xxxiij. ix. kal. April. luna. xiiij. feria. v. s. in cena dñi. inditiõe. vj. Añ in itiũ illi⁹ euã. scribit sctũs Joh in eo. c. q xps dixit dis. suis: Si opa nõ fecis sem i eis q̃ nẽo ali⁹ fec/ pctm ñ hrent. Nũc aũt viderũt ⁊ oderũt me ⁊ patrẽ meũ: sʒ vt impleat ẜmo q̃ in lege eorũ scptus est: qr odio habuerũt me grat̃. Tũc statim sequit euã. ho. (Cũ venerit paclet⁹) Postq̃ xps dixerat aplis de iudeis: Si me p sequunt et vos psequent: ne desperẽt ⁊ n ĩmiũ turbent/ pmisit eis spm̃sctm̃ mittere q̃ ɔfortati oẽs psecutões vicerẽt ⁊ tolerarẽt. q̃ dic (Cũ ve. paclet⁹) Ly. i. ɔsolator Ber. dic: Spũs. i. merẽtiũ ɔsolator (quẽ ego mittã vob a pr̃e) Ly. in h̃ ẽndit spm̃ sctm̃ a se pcedere/ inq̃tũ dicit se illũ mittere (spm̃ vitatis) qr docet vos oẽʒ vitatẽ: ⁊ ecõtrario spũs malign⁹ docet omne mẽdaciũ (q̃ a pr̃e pcedit) Tho. ex h̃ arguũt greci: spm̃sctm̃ tm̃ pcedere a pr̃e ⁊ nõ a filio. sʒ h̃ nõ ẽ vex: qr q̃cq̃d ð pr̃e ð ɔuenit filio: q̃ xpiani tenẽt credere q spũs sctũs pcedit a pr̃e ⁊ filio (ille testio. pbi. ð me) nã spũsctũs testioniũ pbibuit xpo in h̃ q aplos tales fecit q̃ sciuerũt ⁊ audebãt p̃dicare euan. et fidẽ xpi corã oib⁹ intrepide: q cũ hoies p̃us illr̃ati ⁊ simplices de pfũditate scptura⁊ subito plene loq̃bãt/ ⁊ i oib⁹ linguis/ fuit maximũ signũ ad ɔfirmãdã fidẽ xpi (⁊ vos testi. pbibebitis) .s. p̃dicãdo oib⁹ pplis (qr ab initio me. estis) Ly. ñ ẽ itelligẽdũ q fuerit ab eo i pncipio vite ei⁹ sʒ ab ĩitio p̃dicatiõis sue qñ icepit docere ⁊ miracula facere (h̃ lo. sũ vob) ad ɔfortatiõʒ vr̃aʒ ɔ̃ futũas tribu

rit paclet⁹ quẽ ego mittã vob a pr̃e spm̃ vitatis: q̃ a pr̃e pcedit: ille testioniũ pbibebit ð me: ⁊ vos testioniũ pbibebitis qr ab initio mecũ estis. hec locut⁹ sũ vob vt ñ scãdalizemĩ. absq synagogis faciẽt vos: s veit hora vt ois q̃ interficit vos arbitret se obseq̃ũ p̃stare ðo: ⁊ hec faciẽt vob: qr ñ nouerũt pr̃eʒ neq me: s hec locut⁹ sũ vob: vt cũ venerit hora eo⁊ remĩscamini: qr ego dixi vob.

latiões (vt ñ scãdali.) .s. cadẽdo p ipatiẽtiã qñ euenierẽt vob (absq synagogis faciẽt vos) Jã eñ iudei ɔspirauerũt: q si q̃s ɔfessus esset xpm/ extra synagogã eijceret: ⁊ talis electio ð synagoga reputabat magna: sic apud xpianos electio ð ecclesia p maiorẽ excõicationeʒ. q̃ ipa excõicatio valde timẽda est cuilibet xpiano: qr sepat a ðo ⁊ a sctis ⁊ a sacris ⁊ a cõione fidelium: ⁊ ipe excõicat⁹ ẽ q̃si palmes abscisus a vite: vtʒ Jo. xv. Ego sũ vitis vera ⁊ vos palmites (sʒ venit hora) Hora Hora ista fuit tp̃s p̃dicatiõis aplo⁊: (vt ois q̃ interficit vos/ arbitret obseq̃ũ se p̃stare deo) ois eñ iudeus occidẽs xpi p̃dicatores/ putabat se obseq̃ũ p̃stare deo: credẽs q deserere deũ isrl' q̃cũq ɔuerteret ad xpm: ita fuerũt iudei excecati ⁊ ignorãtes: sed illa ignorãtia nõ excusabat eos: qr illa pcedebat ex odio ⁊ inuidia ɔ̃ xpm/ ⁊ ɔ̃ doctrinaʒ eius (hec facient vobis: quia nõ nouerunt patrẽ neq me) hoc dicit eis in consolationẽ. q. d. ẜm Chry. Sufficit in ɔsolationẽ hec pati pter patrẽ et pter me (sʒ hec locutus sum vobis/ vt cũ venerit hora eo⁊ remĩscamini: qr ego dixi vobis) Ly. ista eñ p̃dixit aplis vt prouiderent sibi de patientia: qr minus feriũt iacula p̃uisa: vt dicit Grego. ¶ Circa p̃ns euangeliũ vbi dicit: Uos testimoniũ p̃hibebitis: Notandũ q Hugo de Prato dicit q xps habuit testimoniũ de oi loco et ab omni creatura: Naʒ omnia testificata sunt xpm suũ auctorẽ esse. Nã de celo habuit testimoniũ patris et spũssancti. Luce. iij. ca. Descendit spũssanctus corpali specie sic colũba i ipm. Et vox pr̃is de celo audita ẽ: h̃ est fili⁹ me⁹ dilect⁹ Mat. iij. Itẽ testimoniũ angelorũ: vt pʒ Luce. ij.

Euāgelizo vob gau. magnū q: nat⁹ ē nob saluator. Itē celi: dū ipo orāte aptis sē celi sup eū ⁊ ptestati sūt ipm eē ver deū. Lu. iij. Itē d padiso et d limbo patrū habuit testioniū moysi ⁊ helie: vt pz Mat. xvij. Apparuerūt ei moyses ⁊ helias. Item multa corpa scōꝝ surrexerūt vtz mat. xxvij. Itē demōes ci testimoniū reddiderūt: vtz Lu. iij. exibāt demōia clamātia et dicētia: q: tu es xp̄s fili⁹ dei viui Itē d mōdo habuit testioniū xij. aplorū. lxxij. discipłoꝝ ⁊ mltoꝝ alioꝝ: vtz Act. iij. ⱽtute magna reddebāt apl'i testioniū iesu xp̄o. Itē hūit testioniuz ab oī creatura. Nā stella noua i sua natiuitate testificata est: vtz Mat. ij. vidim⁹ stellā ei⁹ i oriēte. Itē sol obscuratus i morte ei⁹ / ptestat⁹ ē eū eē deū: Lu. xxij. Itē mare dū se soliduz pbuit ipm ꝯfessū est Lu. vj. Itē ifern⁹ dū q̄s tenebat reddidit: ipm auctorē vite eē ptestat⁹ ē. ps. xxiij. Itē tra dū ipo moriēte ⁊ resurgēte tremuit. Itē pāes ⁊ pisces dū ad ei⁹ ipsiū mltiplicati sūt: ipm eē deū demōstrabāt: vtz Jo. vj. opa q̄ ego facio ipsa sūt q̄ testioniū phibēt d me. Et breuit oīs creatura pter pctōrē q̄ ipz negat factis testioniū xp̄o rddit. vñ apls ad Timo. j. ꝯfitenf se nosse deū: factis āt negāt. pctōr em̄ qñqꝫ pro vno denario negat xp̄m: cū in noīe ei⁹ sciēter piurat. ¶ Seqt h i euāge. pñti (Absqꝫ synagogis faciēt vos) Ubi notādū q̄ excōicatio maior valde timēda est: ꝓpt tria. Pmo q: excōicatus separat a deo ⁊ ab oib⁹ xp̄ifidelibus tā in vita q̄ in morte sic palmes a vite: vtz Jo. xv. ego sū vitis ⱽa ⁊ vos pal. ⁊ sic palmes abscisa nihil valet āpli⁹ nisi ad ignē: sic excōicat⁹ maiori excōicatiōe. Scdo q: excōicat⁹ p̄uat merito passiōis xp̄i ⁊ oīm scōꝝ ⁊ etiā oib⁹ missis / orōnib⁹ elemosynis et oib⁹ suffragijs ⁊ idulgētijs ⁊ oib⁹ bōis ecclesie: ⁊ oīno ⁊ totalit remanet nud⁹ ⁊ miser ⁊ mibabil' et paup ⁊ cecus. Et ꝓpterea dic Aug. nihil dz xp̄ian⁹ sic formidare sic separi a corpe xp̄i. s p excōicatōz maiorē. Tertio q: excōicat⁹ mltos ificit q: oēs q̄ pticipāt ei sciēt publice denūciato vñ d i decre. Cōicās excōicato idebite excōicatiōez incurrit. xj. q. iij pcipue et ca. si q̄s eps. vñ est morb⁹ cōtagiosus sic lepra: iō ab hoīb⁹ sic lep debet vitari: Nā magna ifamia ē et vitupiū ab ecclia expelli vl' vitari ab hoīb⁹ sic leprosus. Uñ excōicat⁹ ē magis ifamis q̄ iude⁹ vl' sarhacen⁹ q: cū illis hēm⁹ pl⁹ loq̄ q̄ cū excōicato. Uñ d i decre. pagāo pl'is cōicare q̄ excōicato. xj. q. iij. ad mēsā. Ex iā dictis pz q̄ periculosū ē cōicare excōicato. sz pctis nr̄is exigētib⁹ d excōicatiōe maiori hodie curat modicū: ⁊ d pticipatōe cū excōicat q̄ si nihil curat. Uñ de h exēplū legit: q̄ demoniac⁹ interrogat⁹ a q̄dā: an excōicatio vl' pctm̄ pl⁹ placeat diabolo? Rñdit excōicatio maior: q: p illū plures ificiunt: ⁊ qñqꝫ excōicat⁹ ducētos ificit vna die: sic in cōuiuijs ⁊ zechis: ⁊ sic d alijs. ¶ Postilla.

In die sancto Pentecostes Euangeliū Johannis. XIIII.



In illo tempe Dixit Jesus discipulis suis:

Si quis diligit me / sermonē meū seruabit. Johānis. xiiij. Hoc euangelium

locut⁹ ē dñs ad discip̄los suos anno eius xxxiij. ix. kal' Aprilis a. xiiij. q̄nta fe. cene dñi inditiõe. vj. Añ initiũ illi⁹ euã. scribit sctũs Jo. in eo. ca. q̄ xp̄s dixit disci. suis: Qui h₃ mãdata mea ꝛ seruat ea: ille est q̄ diligit me: qui aut̄ diligit me diliget̄ a p̄re meo ꝛ ego diligã eũ et manifestabo ei meip̄m. Tũc sequit̄ euã. hodiernũ. Si quis diligit me. Huil. Hodie recolit eccl'ia illã sup̄abũdantē ꝛ excellētē donatiõe₃ spũs scti q̄ facta est discipulis quinq̄gesima die a resurrectiõe: q̄n repleti sunt oẽs spũscto: s₃ q̄ spũs sctũs q̄ ē amor p̄ris et filij hodie mittit̄ idcirco hodie legit̄ euãgeliũ: in q̄ agit̄ d̄ dilectiõe quã de⁹ nobis infundit per spũsctm (Si q̄s diligit me) sc₃ affectu h̄ ostendit̄ effectu: q̄ videlicet (sermonem meũ seruabit et p̄r meus diliget eũ) p̄ q̄d ostēdit se vnũ cũ p̄re in eẽntia (ꝛ ad eu₃ veniem⁹) Huil. Ego ꝛ pat' ꝛ spũs sctũs (ꝛ mãsione₃ apud eũ faciem⁹) ĩ p̄ñti p̄ grãm ꝛ ĩ futuro p̄ gl'ia₃ (q̄ ñ diligit me s̄monē meũ nõ s̄uat) Ly. tales sunt mundani hoĩes ꝛ pueri (ꝛ sermonē quē audistis nõ ē me⁹) supple tm̃ (s₃ ei⁹ q̄ misit me p̄ris. Hec locut⁹ sũ vob̄ apd̄ vos manẽs) sc₃ p̄ñtia corpali (Paraclet⁹ aũt spũsctũs quē mittet p̄r in noĩe meo) Tho. ad laudē ꝛ gl'ia₃ noĩs mei (ille vos docebit oĩa) Ly. i. faciet vos intelligere oĩa q̄ vob̄ dico Apl'i adhuc erãt rudes ꝛ ĩ timore positi ex auditu passionis xp̄i: ideo ad verba christi non diligenter attendebant et per consequens nõ capiebant ea ad plenum

p̄pter q̄d dicit grãm spũsscti postea supplere istũ d̄fectũ (ꝛ suggeret vob̄ oĩa q̄cũq̄ dixero vob̄) .i. ad mẽoriã vobis reducet oblita: q̄ apl'i m'lta de illis q̄ xp̄s dicebat obliti sũt / timore passiõis p̄cussi (pacē relinq̄ vos) .i. iturus ad p̄re₃ relinq̄ vob̄ pacē pectoris in p̄senti (ꝛ pacē mea₃ do vob̄) .i. eternitatis ĩ futuro (ñ quõ mũdus dat / ego do vobis) .q.d. nõ do vob̄ pacē mũdanã q̄ ē breuis. j. Thes. v. Cũ em̃ dixerint: pax ꝛ securitas: tũc repētin⁹ eis supueniet interitus: (nõ turbet̄ cor vestrũ:) Ly. i. ñ turbari debetis d̄ recessu meo id ē de morte mea: (neq̄ formidet) Lyra: hoc addit: eos assecurãdo q̄ timebãt mori cũ eo (audistis q̄ ego dixi vobis / vado) Tho. s. p̄ passionē vt parē vobis locũ (ꝛ venio ad vos) p⁹ resurrectionē meã: vt vos illuc introducã: vt₃ Jo. xiiij. Si abiero et p̄parauero vob̄ locũ: ite₃ venio ꝛ accipiã vos ad meip̄m: vt vbi ego su₃ ꝛ vos sitis (Si diligeretis me) .s. pura ꝛ sincera dilectiõe ab oĩ carnali abstracta (gauderetis vtiq̄ q̄ vado) s̄m q̄ hõ (ad p̄rem) .s. ad ei⁹ gl'iã (q̄ p̄r maior me ē) Ly. nõ s̄m deitatē ĩ q̄ fili⁹ ei⁹ eq̄lis p̄ri ē s₃ s̄m hũanitatē in q̄ fili⁹ est minor p̄re (ꝛ nũc) Tho. exñs vobiscu₃ passibilis ꝛ mortalis (dixi vobis) sc₃ q̄ p̄ passionē vado ad p̄re₃ (p̄usq̄ fiat: vt cũ factũ fuerit credatis) Ly. sc₃ q̄ nõ tm̃ sum hõ: sed etiã deus: q̄ certitudinaliter p̄dico futura p̄tingentia: q̄d est p̄priũ ipsius dei: s̄m q̄d dicitur: Esa. xlj. Annunciate nobis que futura sunt: ꝛ

Si q̄s diligit me: s̄monē meũ s̄uabit: ꝛ p̄r me⁹ diliget eũ: ꝛ ad eũ veniem⁹ ꝛ mãsiõe₃ apd̄ eũ faciem⁹. Qui nõ diligit me: s̄mones meos nõ s̄uat. Et s̄mone₃ quē audistis nõ ē me⁹ s₃ ei⁹ q̄ misit me p̄ris. Hec locut⁹ sum vobis apd̄ vos manẽs. Paraclet⁹ aũt spũsctũs quē mittet p̄r ĩ noĩe meo: ille vos docebit oĩa ꝛ suggeret vob̄ oĩa q̄cũq̄ dixero vob̄. Pacē relinq̄ vob̄: pacē meã do vob̄: nõ quõ mũd⁹ dat ego do vob̄. Nõ turbet̄ cor vestrũ neq̄ formid₃. audistis q̄ ego dixi vob̄: vado ꝛ venio ad vos Si diligeretis me: gauderetis vtiq̄ q̄ vado ad p̄re₃ q̄ p̄r maior me ē. Et nũc dixi vob̄ p̄usq̄ fiat: vt cũ factũ fuerit credatis.

derectj el 2c. Tūc postmodū seqꝛ euā. ho. (Sile factū est reg. ce.) Ly. i. stat⁹ eccl'ie militātꝫ (hoī regi q̄ fec̄ nup. fi. suo) tūc eīn deus pr̄ fecit nuptias filio suo/ qn̄ naturā hūanā copulauit diuīo in vno supposito: que q̄dē nuptie celebrate sunt in vtero v̄ginali: de quo xp̄s exijt tāq̄ꝫ sponsus ꝓcedēs de thalamo suo (et misit s̄uos) hoꝛ. i. ꝓphās p̄cedentes (vocare inuitatos). i. iudeos (ad nuptias). i. ad fidē incarnationis xp̄i ꝓmissaꝫ in p̄triarchis figuratā/ in lege p̄dictā/ in ꝓphetis ꝓnūciatā (ꝛ nolebāt venire) Lyr. credendo scripturis: q꞉ nolebāt v̄bis ꝓphetaꝝ credere et obedire (Iterū misit alios s̄uos). i. ap̄l'os q̄s misit in oēm ciuitatē ꝛ locū q̄ ip̄e venturus erat: vt hr̄ Lu. x (dicens: dicite inuitatis: ecce prandiū meū paraui) Ly. s. sacr̄a eccl'ie et doctrinā fidei et sacre scripture ex q̄b⁹ reficiꝛ aīa: et potissime in sacramēto eucharistie: in q̄ datꝛ nobis caro xp̄i in cibū/ et sanguis ei⁹ in potum (tauri mei). i. p̄res vet. testa. (et altilia). i. patres no. testa. pinguedine charitatꝫ saginati (occisa sunt et oīa p̄ata). s. q̄cq̄d req̄ritꝛ ad salutē hoīm loc⁹/ cib⁹/ ꝛ vestes (venite ad nuptias) credēdo/ diligēdo/ opando (Illi aūt neglexerūt) q꞉ nō timuerunt dn̄m: q̄ eīn timet deū/ nihil negligit. Vn̄ hic querit: vtrū negligentia sit peccatum mortale. R̄ndeo s̄m Tho. ꝙ negligentia q̄ ꝓuenit ex quadā remissione volūtatis/ vt nō ꝑcipiāt ea q̄ debent et obmittant q̄ sunt de necessitate salutis siue sit actus siue circūstantia/ erit peccatuꝫ mortale: vel si voluntas sit intantum remissa vt totaliter a dei charitate deficiat: talis etiā negligentia est pctm̄ mortale: et hoc p̄cipue quando sequitur ex contemptu: obmissio vero circa ea que non sunt de necessitate salutis ob defectum feruoris: nō est mortale/ sꝫ veniale peccatū (et abierūt ali⁹ in villā suaꝫ). s. ad laborē et occupationem corꝑalē circa terrenarū rerū acquisitionē (alius ad negociationem suam) ꝑ negociationem intelligitꝛ nimia occupatio mētalis circa temporalia impediēs diuina (reliqui vero tenuerunt seruos eius et contumelia affectos occiderūt) scꝫ post ascensionē xp̄i iudei flagellauerūt ap̄l'os oīes simul: ꝛ postmodū stephanum lapidauerunt. Act. vij. ꝛ Iacobum fratrem iohannis occiderunt. Act. xij. (Rex autem cum audisset iratus est: ꝛ missis exercitibus suis). Ly. s. exercitu romanorum sub principib⁹ Tyto et Vespasiano: qui ex diuina ordinatione venerūt ꝯ hierl'm q̄dragesimo scd̄o anno post xp̄i passionē (ꝑdidit homicidas illos) q꞉ in vltionē sanguinis xp̄i ꝛ suoꝝ discipuloꝝ ab exercitu romanoꝝ sunt trucidati ꝛ captiuati de iudeis vsq̄ ad decies centū milia: vt dic̄ Iosephus in li. de iudaico bello (ꝛ ciuitatem illoꝝ succendit) quia tunc hierl'm succensa est et templum in ea (tūc ait rex seruis suis) et sequacib⁹ eorū ꝑ diuinā reuelationem (nuptie q̄dē parate sunt). i. sacramentū incarnationis paratū est: vt natiuitatis p̄dicatio/ passio xp̄i/ et introitus regni apert⁹ est ꝑ passionē xp̄i/ q̄ an̄ clausus fuit (sed qui inuitati fuerant). s. iudei nō fuerant digni) Ly. ꝓpter suam incredu-

homi regi q̄ fecit nuptias filio suo. Et misit s̄uos suos vocare īuitatos ad nuptias: ꝛ nolebāt venire. Iteꝝ misit alios s̄uos dicēs: Dicite īuitatis: Ecce prādiū meū paraui tauri mei ꝛ altilia occisa sūt ꝛ oīa ꝑata: venite ad nuptias. Illi āt neglexerūt ꝛ abierūt: ali⁹ in villā suā: ali⁹ v̄o ad negociationē suā. Reliq̄ v̄o tenuerūt seruos ei⁹ et cōtumelia affectos occiderūt. Rex āt cū audisset irat⁹ est. Et missis exercitibus suis ꝑdidit homicidas illos: et ciuitatē illoꝝ succendit. Tūc ait s̄uis: Nuptie q̄dē parate sunt: sꝫ q̄ inuitati erant nō

fuerūt digni. Ite ergo ad exit⁹ viaꝝ ꝛ quoscūq̄ inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui ei⁹ ī vias ꝯgregauerūt oēs quos inuenerūt et bonos ꝛ malos: ꝛ implete sūt nuptie discūbētiū. Intrauit āt rex vt videret discūbētes: et vidit ibi hoiez ñ vestitū veste nuptiali: et ait illi: Amice quō huc intrasti nō habēs vestē nuptialē? At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris: Ligatis manibus et pedib⁹ eius mittite eum ī tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Multi em̄ sunt vocati pauci vero electi.

litatem (Ite ergo ad exitus viaꝝ) .i. ad gentes q̄ nō erāt in vias mādatoꝝ dei ꝛ sine lege viuentes ꝛ legē ignorātes: ad illas em̄ gentes iuerunt apostoli iudeis nolentib⁹ fidē xp̄ianam recipe: sicut habetur Act. xiij. dicētib⁹ Paulo ꝛ barnaba ad iudeos: Uobis oportebat p̄mo loq̄ verbum dei / sed qm̄ repellitis illud ꝛ indignos vos iudicatis eterne vite ecce cōuertimur ad gētes sic em̄ precepit nobis de⁹ (ꝛ quoscunq̄ inueneritis vocate ad nuptias) q: nullus volens fidē catholicam recipe repellēdus ē (ꝛ egressi serui ei⁹) scȝ de iudea (in vias) .i. in terras gentiliū (cōgregauerūt omnes quoscūq̄ iuenerūt bonos ꝛ malos) Lyra. q: ī ecclesia militāte admixti sunt boni cum malis (ꝛ implete sunt nuptie discūbētiū) Ly. q: fides catholica diffusa est p orbē vniuersuȝ (intrauit aūt rex vt videret discūbētes) Ly. intrat aūt xp̄s dupl'r. P̄rio sp̄āl'r in morte cuiuslibet hoīs. Scḋo ḡnaliter itrabit in iudicio futuro / discernēdo merita ꝛ demerita cuiuslibet hoīs (et vidit ibi hoiem nō vestitū veste nuptiali) .i. habentē fidē sine charitate. Nā vestis nuptialis ē charitas: q̄ diuidit int̄ filios regni ꝛ perditionis: vt dicit Aug⁹. (ꝛ ait illi: amice) Ly. vocatur aūt pctōr amic⁹ ꝓpt̄ naturā quā de⁹ creauit q̄ bona ē ꝛ q̄ ad imaginē dei facta ē (quō huc intrasti) .s. sacra ecclie suscipiēdo / fidē ecclie ꝯfitēdo (nō hn̄s vestē nup.) scȝ ī charitate bona opa. Un̄ Vic. Uestȝ nuptial' sūt .x. p̄cepta q̄ iduūt ī charitate dei ꝛ ꝓximi (at ille obmutuit) Lyra q: ī extrēo iudicio ꝓp̄a arguēte ꝯscia bō pctōr ꝯuincit ꝛ mut⁹ efficit (tūc dixit rex ministris) Ly. .i. angelis executorib⁹ diuine iusticie (ligatis manib⁹ ꝛ pedib⁹) Ly. q: post mortē non pōt pctōr bonū opari nec ad salutē reuerti (mittite eū ī tenebras exteriores) pctōr ī hac vita ē in tenebris interiorib⁹: q: adhuc ē in spe venie: ī inferno aūt erit in tenebris exteriorib⁹: q: erit extra ambituȝ diuine miscḋie ꝛ sine omni spe eterne glie. Un̄ Beda: In inferno nulla est redemptio: nec dolorum mitigatio (ibi erit flet⁹) Hor. ex vehemētia ardoris (ꝛ stridor dentiuȝ) ex vehemētia frigoris: vtȝ Job. xxiiij. Transibūt ab aq̄s niuiū in calorem nimiū (Multi em̄ sūt vocati) Ly. ad fidē catholicam (pauci vo electi) (ad gl'iā. ¶ Circa p̄ns euan. vbi dr̄: simile ē regnū celoꝝ. Hug. d' pra. di. id ē ecclia p̄ns: q: sic de⁹ hītat ī cel' p gl'iā ita hītat ī p̄nti ecclia ī sacro eucharistie: vtȝ Mat. xxviij. Ecce ego vobiscū suȝ oībus dieb⁹ vsq̄ ad ꝯsūmationē seculi. Itē sicut ī celo sunt q̄dā corpa magis et min⁹ clara: ꝛ vnū illuminat aliud: Et q̄dā sunt illuminātes ꝛ q̄dā illumiati ꝛ q̄dā magis lucēt ꝛ q̄dā min⁹: vtȝ Dan. xij. q̄ aūt docti fuerint fulgebūt q̄si splēdor firmamēti: ecce min⁹ lucentes: Et q̄ ad iusticiā erudiūt m'ltos q̄si stelle ī ppetuas eternitates; ecce magi lucētes. Seq̄t: hoī regi. Xp̄s em̄ ē ver⁹ rex et potēs rex ī oīb⁹ / ꝛ oēs reges excedit: q: regit ī celo ī mūdo ꝛ ī iferno ad Phil'. ij. Dōauit illi nomē qḋ ē sup oē nomē: vt in noīe iesu oē ge. fle. cele. ter. ꝛ infer. In celo em̄ regnat p totalē ꝛ vniuersalē btōꝝ subiectiōeȝ: q: ei oēs scī et angeli ad nutuȝ obediunt: ꝛ ei in oīb⁹ subijciunt: qḋ etiā quotidie petimus in nobis.

fieri dicētes: Fiat volūtas tua sicˇ i ce. ꝛ in ter. vtꝫ Mat. vj. regt enī i celo ꝑ sue gͥle ostēsionē ꝛ btāꝫ visionē: qꝛ ibi eiꝰ maiestas ꝛ glīa dmōstrat. vñ ps. Ostende nob facie tuā ꝛ sal. eri. vñ fulgē. Dei facie si oēs in carcere iferni iclu-
si viderēt: nullā pe nam/nullū dolorē/ nullāqꝫ tristiciā sen tirēt. Itē rex nr̄ ie-sus xp̄us regnat in mūdo ꝑ patiētiā et misc̄diā. Nā i mag. patiētia et misc̄dia r̄gnat sup pctōres. Patiēter expectat eos vt ꝯuertant: ꝛ misicordit recipit eos si ꝯuertāt: vtꝫ Esa. xxx. Proptēa expectat dn̄s vt mi sereat nr̄i. Vñ etiā Hier. iij. Tu āt for nicata es cū amato ribꝰ mltꝭ: tñ r̄uerte re ad me et ego su-scipiā te: sꝫ mlti mi seri pctōres patiāꝫ ꝛ misc̄diaꝫ eiꝰ ꝯtē-nūt ꝛ coipo magis peccāt. Vñ Eccs. viij. Quia non cito ꝓfert ꝯ malos sen tētia/filij hoīm abs qꝫ timore vllo ꝑpe-trāt mala. Itē sup iustos regnat in magnificis gratijs spūa-lit/habitās i eis ꝛ ipos dirigēs ꝛ ꝓtegēs ꝛ gubernās: ipi eīn sunt tēplaꝫ dei spūale et spūsctūs habitat in eis: vt dr̄. j. Cor. iij. Tēplū dei sanctū est/qd̄ estis vos. Ipi etiā sunt regnū dī q̄ ꝓ honore dei ꝛ ꝓpria salute quotidie certāt ꝯtra diabolū/mun dū ꝛ ꝓpriā carnē: et de illis hostibꝰ triū-phant. vñ Math. xj. Regnū celorū vim patit/ꝛ violenti. i. cū violētia pliātes rapi unt illud. Itē in inferno regnat ꝑ iusticie executionem: qꝛ effectū iusticie/ scꝫ puni-tionem ꝛ vindictā in damnatos ibi exer-cet: vtꝫ Deut. xxxij. Reddā vltionē host' bꝰ meis. vñ ex h̄ seqt: q̄ i inferno cogscēt' ipū xp̄m eē regē oīpotētē q̄ h̄ noluert eē cogscere regem misericordē. Seqt h̄. Li-gatꝭ manibꝰ ꝛ pedibꝰ. Ubi notādū q̄ pec catoꝛ strictiꝰ ligat q̄ alalia ligāt. nā li gat eiꝰ mēoria/ne recolat bñficia dei: ligat volūtas/ne de sideret ꝯa bona: li gat coꝛ/ne penas i-ferni ꝛ mortē cogi-tet ꝛ mala q̄ icurrit i statu pcti manēs: ꝛ sic ē d̄ oībꝰ potē tijs aie iteriꝰ ꝛ exte riꝰ q̄ oēs fortit alli-gāt ꝛ sic pctōr fuit ligatꝰ i culpa/sic di gne erit ligatꝰ i pe-na.

Dn̄ica. XXI. post. oct. Penl. Euangelium Johānis. IIII.



In illo tempe Erat quidam regulus cuius fi lius infirmatur capharnaum.

¶ Postilla.

Erat q̄dā r̄gu. Jo. iiij. Mat. viij. Lu. vij. Mira culū h̄ fecit xp̄s an no eiꝰ. xxxj. vj. kal. Nouē. fe. ij. lu. xix. indi. v. Vñ initiuꝫ illiꝰ euā. scri. s. Jo. in eo. c. quō xp̄s se dēs loq̄bat mlieri: postmodū exierīt sa maritani d̄ ciuitate ꝛ rogauerīt eū vt ibi māeret et māsit ibi ꝑ duos dies ꝛ mlti ex samaritāoꝝ ciuitate crediderīt i eū dicētes: qꝛ h̄ ē ꝟe saluatoꝛ mōi. Et pꝰ duos dies exijt īde ꝛ abijt i ga lileā: ipse eīn iesus testimoniū phibuit: qꝛ ꝓpha i sua patria honorē nō h̄et. Cū ḡ venisset in galileā: acceperīt eū galilei cuꝫ ola vidisset q̄ fecerat hierosolymis i die fe sto. Uenit ḡ iesus iteꝝ i chana galilee vbi fecē ex aq̄ vinū (ꝛ erat q̄dā regulꝰ) Ly. nō accipit hic regulus ꝓ paruo rege vt vidꝫ nomē sonare: qꝛ romani volētes frāgere iudeoꝝ supbiā/abstulerīt ab eis regiā di-gnitatē regnū iudeoꝝ i q̄ttuoꝛ tetrarchi-

ħ cũ audiſſet qꝛ ihs adueĩret a iudea ĩ galileã: abijt ad eũ ꝛ rogabat eũ vt deſcẽderet ꝛ ſanaret filiũ eiꝰ ĩcipiebat eĩ mori. dixit ġ ihs ad eũ: niſi ſiḡ ꝛ ꝑdigia videritꝭ ñ creditꝭ. dixit ad eũ regulꝰ dñe deſcẽde pu̇ſq̄ moriaꝛ filiꝰ meꝰ. Dic̃ ei ihs: Uade filiꝰ tuꝰ viuit. credidit hõ ꝭmõi quẽ dixit ei ihs ꝛ ibat. iã ãt eo deſcẽdẽte ſui occurrerũt ei ꝛ nũciauerũt dicẽtes: qꝛ filiꝰ eiꝰ viueret. Interrogabãt ãt horã ab eis ĩ q̄ meliꝰ habuerat. et dixerũt ei: qꝛ heri hora ſeptĩa reliq̇t eũ febrꝭ Cognouit ġ pr̃ qꝛ illa hora erat ĩ q̄ dixit ei ihs: Filiꝰ tuꝰ viuit. Et credidit et domus eius tota.

as diuidẽtes ꝑcaucre volẽtes eoꝝ rebellionẽ: vñ ꝑ illo tp̃e nullꝰ rex erat ĩ iudea. Dr̃ ġ iſte regulꝰ: qꝛ erat officialꝭ ĩꝑatoris deputatꝰ ad cuſtodiã galilee ꝓpt̃ qδ mãebat ĩ capharnaũ q̄ erat metropolꝭ illiꝰ t̃re ꝛ diſtat tribꝰ dietis a hierlm̃. Notãdũ ꝙ ſic dic̃ Tho. iſte regulꝰ ĩterfuit miraculo facto ĩ nuptijs qñ xp̃s aquã ĩ vinum mutauit: qꝛ tunc credidit/ ſꝫ tñ xp̃i diuitatẽ nõ ꝑfecte agñuit. ꝛ ad ħ ĩnuendũ euãgeliſta illδ miraculũ rememorat dicẽs: Ueñt iterũ ihs in chana galilee vbi vinũ ex aq̄ fec̃ (et erat q̇dã regulꝰ cuiꝰ filꝰ infirmabaꝛ capharnaũ) Ly. et lꝫ eſſet gẽtilis viſis ꝛ auditis miraculꝭ xp̄i ſperauit ab eo ſanitatẽ ĩpetrar̃ filio ſuo: iδ ſeq̇ꝛ (ħ cũ audiſſet) ꝑ famã q̄ ꝑcurrebat aduẽtũ eiꝰ in oẽm regionẽ galilee (qꝛ ihs veni. a iudea ĩ gali. abijt ad eũ ꝛ ro. eũ) iſtanꝭ ꝛ hũiliꝭ flexiſ genibꝰ; cõploſis manibꝰ/ ꝓfuſis lachrymis (vt deſcenderet) qꝛ capharnaũ erat ĩ valle ſita reſpectu chana galilee in q̄ erat xp̃s (ꝛ ſanaret filiũ eiꝰ inci. eĩm mori). i. ſiḡ vicine mortꝭ ĩ eo apparebãt euidenꝭ (dix. ġ ic. ad eũ niſi ꝛc̃) ñ ei rep̄hẽdit eũ δ petitiõe ſalutꝭ filij ſui ſꝫ δ defectu fidei: qꝛ ñ credidit plene ſꝫ ſemiplene: credidit eĩm ĩ xp̃o eẽ ꝟtutẽ ſ. ad ſanãdũ filiũ/ ſꝫ nõ credidit in eo eẽ diuitatẽ ꝑ quã ẽ vbiqꝫ: ꝛ vbiqꝫ p̄t ſanare. vñ fides fuit qñ petijt ſalutẽ; ſꝫ δfectꝰ fidei qñ req̇rebat p̄ntiã xp̄i corꝑalẽ. ex q̄ pꝫ ꝙ ñ credidit xp̃m eẽ veꝝ deũ: qꝛ ſi crediđiſſꝫ ꝙ deꝰ vbiqꝫ p̄ns eẽt ꝑ p̄ntiã maieſtatꝭ ſue ñ dixiſſꝫ deſcẽde/ ſꝫ dixiſſet cũ cẽturiõe: dic ꝟbo ꝛ ſanabiꝛ puer

meꝰ (dixit ãt ad eũ regulꝰ: dñe deſ. pu̇ſq̄ moriaꝛ fi. meꝰ) Tho. maĩfeſtat igiꝛ regulus ħ ĩcredulitatẽ ſuã: rogat eĩm vt deſcẽdat pu̇ſq̄ filiꝰ eiꝰ moriaꝛ q̄ſi xp̃s poſſet ſanare ĩfirmũ/ ſꝫ ñ ſuſcitare δfũctũ. Ly. verũtñ qꝛ ex δuotiõe repetit petitõꝫ ſuã dicẽs: dñe deſcẽde iδo exaudiꝛ a xp̃o. vñ ſeq̇ꝛ (dic̃ ei ihs: vade) letꝰ in domũ tuã: qꝛ (filiꝰ tuus viuit) .i. ꝑfecte ſanitati reſtitutꝰ ẽ de ianuis mortis: qꝛ incipiebat mori. Uñ Chry. Xp̃s ad domũ reguli ire noluit/ ſꝫ abſẽs ſanauit filiũ eiꝰ vt ꝑ ħ magꝭ declararet diuitatẽ ſuã: et ſic regulũ illumiaret ad verã fidẽꝫ (credidit hõ ꝭmoni quẽ dixit ei ihs et ibat) Ly. qꝛ fides req̇riꝛ ad obtinẽduꝫ dei bñficia (iã ãt eo deſcẽdẽte ſui occur. ei et nũ. dicẽ. qꝛ fi. eiꝰ viueret) .ſ. ꝯgaudẽdo ip̄i (ĩterrogauit aũt horã ꝛc̃.) ħ fec̃ ad certificationẽ miraclꝭ reſpectu ſui: et etiã vt ſui aſtãtes cogñſcerẽt ꝟtutẽ xp̄i (ꝛ dixerũt ei qꝛ heri hora ſeptĩa reliq̇t eũ febris) vñ Chry. Repẽte dimiſit eũ febris totaliꝛ/ vt appareret nõ eẽ nãlis ꝯualeſcẽtia. Ex ħ etiã famulos ipſiꝰ reguli ſuſcitauit ad fidẽ qꝛ ſubito viderũt eũ ꝯualuiſſe: qδ natura facere ñ p̄ot (cognouit ġ pr̃ qꝛ illa hora erat ĩ q̄ ꝛc̃.) Referẽſ ꝟbũ ſuũ ad ꝟbũ xp̄i/ ꝛ horã ĩpetrãtis ad horã recepte ſanitatis (ꝛ credidit ip̄e ꝛ domꝰ eiꝰ tota) Ly. Ad ħ eĩm factũ ẽ illud miraculũ vt iſte regulus gentilis cũ familia ſua crederet ĩ xp̃m. Tho. Xp̃s ñ ſolũ ſanauit filiũ reguli ab infirmitate: ſꝫ ip̃m regulũ ꝛ totã eiꝰ familiã ab ĩfidelitate: qꝛ credidit ipſe et domus eius tota.

Dñica XXVII. post octa. pē tecoſtes. Euā. Matth. XVIII.



In illo tpe dixit ie. d. ſ. ſilē ē regnū celoꝝ hoī regi q̄ voluit rōnē ponē cū ſuiſ ſuis. ⁊ cū cepiſſʒ rōnē ponē oblat⁹ ē ei vn⁹ q̄ debebat decē milia talēta. cū āt n̄ hrēt vn̄ redderet: iuſſit eū dn̄s ei⁹ venūdari ⁊ vxorē ei⁹ ⁊ filios ⁊ oīa q̄ habebat ei reddi. Procidēs aūt ſeruus ille rogabat eū dicēs: Pa

Simile ē regnū celoꝝ hoī regi ⁊c̄. Matt. xviij. ¶ Poſtilla. Viſ. h⁹ euā. facta eſt āno xp̄i. xxxij. vj. kal. Septē. lu. xij. fe. v. idictiōe. v. Ānimitū ill⁹ euā. dixit petr⁹ ad ihm: Dn̄e quotiens peccabit in me frater me⁹ ⁊ dimittā ei: vſq₃ ſepties? Dixit illi ihs: Non dico tibi vſq₃ ſepties, ſʒ vſq₃ ſeptuagieſſepties (ideo aſſimilatū ē regnū celoꝝ) Ly. i. ſtatuſ eccl'ie militātꝫ (hoi regi) .i. xp̄o: q̄ eſt verus hō et verus deus/ rex regum ⁊ dn̄s dn̄antiū (q̄ voluit rōnē pōere cū ſuis ſuis) .i. rōnē exigere de factꝫ humanis (⁊ cū cepiſſʒ rōnēʒ po. ob. eſt ei vnus q̄ debebat ei decē milia talēta) Ly. i. obligatuſ ad magnā penā ꝓpter multa peōā (cū aūt nō hrēt vn̄ redderet) Glo. i. cū viribus ſuis ſatiſfacere non valeret: hō eīm p ſe pōt ruere: ſʒ n̄ p ſe reſurgere (iuſſit eū dn̄s eius venūdari) q̄ɫtū ad aiaʒ (⁊ vxorē) q̄ɫtū ad corp⁹ (⁊ filios) q̄ɫtū ad opa (⁊ oīa q̄ habebat) q̄ɫtum ad tēpalia (ei reddi) nā iſta oīa venūdanɫ. i. p peōā mortalia auferunɫ (ꝓcidēs aūt ſu⁹ ille rogabat eū di. Patientiā habe ī me) dādo locū ⁊ tp̄s pn̄ie (⁊ oīa reddā tibi) p opa pn̄ie ſatiſfaciēdo iux̄ poſſe (miſertus aūt dn̄s ſerui illius) qꝛ miſericors ⁊ miſerator dn̄s (dimiſit eū) Glo. liberā a captiuitate culpe (⁊ debi. dimiſit ei) vn̄ Chꝛy. vide miaʒ dei: petierat dilatōēm ⁊ accepit oīm peōōrum remiſſionem: (egreſſus āt ſu⁹ ille) .i. a facie dn̄i ſui p recidiuū peōi (inuenit vnū d̄ ꝯſuis ſuiſ) Ly. i. d̄ hoīb⁹ q̄ ſūt ſui dei cū ipo (q̄ debebat ei cētū denarios) .i. modicum eū offendebat qꝛ offenſa in hoīeʒ modica ē/ reſpectu offenſe cōmiſſe in deum (⁊ tenēs ſuffocabat eū) Ly. i. ſtrāgulabat (dicēs Redde qđ debes) Ly. in quo oſtēdiɫ auſteritas in repetēdo vindictā a ꝓximo (⁊ ꝓcidēs cōſu⁹ ei⁹) Glo. iō debuit miſereri qꝛ ꝓcidit: ⁊ qꝛ ſu⁹ eiuſdem dei fuit (rogauit eū dicēs: patiētiā ha. in me et oīa reddā tibi) Ly. q. d. parat⁹ ſū ſm̄ poſſibilitatē meā ſatiſfacere tibi (ille aūt noluit/ ſed abijt et miſit eum in carcerē donec redderet debitum) Ly. in q̄ notaɫ crudelitas ī modo repetēdi vindictā (vidētes aūt cōſerui eius) Glo. interl'. i. angeli qui refert ad deū geſta hoīm: vtʒ Apoc. xxij. cōſeru⁹ tu⁹ ſū ⁊ fratrū tuoꝝ (q̄ fiebāt) oīa opa q̄ agim⁹ ⁊ ſupplicia q̄ patimur vidēt (ꝯtriſtati ſunt valde) Glo. ꝓpter afflictionem xp̄iani. Notanduʒ q̄ angeli contri=

ftant ad culpā/ ⁊ letant ad pniaꝫ: vtꝫ Lu. xv. Gaudiū est angel' dei sup̄ vno pctōre pniam agente (⁊ venerūt ⁊ narrauerūt dn̄o oia q̄ facta fuerāt) .s. q̄rimoniā de psecutorib' ꝓponendo (tūc vo. eū dn̄s su') Lx. Ista vocatio fit in morte/ vbi de oib' reddem' rōnē (serue nequā/ oē debitū dimisi tibi) Lx. .i. magnā offensaꝫ in me cōmissā (qm̄ roga. me: Nōne ḡ optuit et te miseri ꝯfui tui) parua remittēdo (sic et ego tui misertus sum: et iratus dn̄s ei' tradidit eum tortoribus) Lx. .i. demonib': q̄ in h̄ executores sūt diuine iusticie (donec redderet vniuersum debitū) Gor. .i. in perpetuum: qꝛ ibi non est locus redēptionis vł satisfactiōis sꝫ cōdēnatiōis (sic et pr̄ meus celestis faciet vobis si non dimiseritis vnusq̄sq fratri suo) vnde Hiero. Formidolosa sentētia: si parua fratri nō dimittimus magna nob a dō nō dimittunt: vn̄ Greg. Cōstat ex iā dictis/ q̄ si hoc qđ in nos delinquit/ ex corde nō dimittimus illud a nobis p̄ penitentiā dimissuꝫ fuisse nō gaudeam' (ex cordibus vr̄is) qꝛ non sufficit ore dimittere solū/ sꝫ et corde. Vn̄ Hay. sup̄ Mat. v. Nihil ꝓdest ore dimittere q̄ seruat iracūdiā in mente. Vn̄ circa p̄ns euangeliū vbi dr̄: Misertus aūt dn̄s serui illius dimisit eū/ ⁊ debitū dimisit ei: Querit: vtꝝ deus sit magis misericors q̄ iustus/ vł ecōuerso. Rn̄det q̄ de' sicut est misericors sic et iust': ⁊ ecōuerso: tn̄ misericordie effect' pl' in nob relucet q̄ iusticie: ⁊ idō qꝛ de' parcit in se peccātib': ⁊ misericordia ei' a ꝓgenie in ꝓgenies: ⁊ qꝛ effectus mie magis relucet q̄ iusticie: idō de' dr̄ nob magis misericors q̄ iust' ⁊c. Nec mir si de' mō sit misericors: habet eīn triplex forum: Vnū est in p̄nti vita toti' misc̄die: qꝛ mō misc̄dia audit causas: ⁊ iusticia facit ferias. vn̄ Esa. xvj. Preparabitur in misericordia soliū ei'. Idō oēs causas iusticia mittit ad thronū gr̄e. Vn̄ ad Heb. iiij. Adeam' cū fiducia ad thronū gr̄e eius/ vt misericordiā ꝯsequamur. Aliud forum erit i iudicio extremo qđ erit pure iusticie vbi iusticia audit causas ⁊ misericordia facit ferias: Et idō misericordia omnes causas deinceps remittit ad solium iusticie. vnde Esa. ix. Sup̄ soliū dauid ⁊ sup̄ regnū ei' sedebit: vt ꝯfirmet illđ ⁊ corroboret in iudicio ⁊ iusticia amodo et vsq in sempitnū. Tertiū forū erit i purgatorio qđ ē forū mixtū. q̄rit ibi iusticia q̄ penā infliget: ⁊ misc̄dia/ q̄ gliam dabit. Vn̄ Ps. lxxxviij. Mia ⁊ veritas p̄cedēt faciē tuā. ⁊ ibi existēs dicere pōt illđ Ps. Misericordiā et iudiciū cātabo tibi dn̄e: ⁊ duo h̄ audiui: qꝛ ptās dei ē/ ⁊ tibi dn̄e misericordia: qꝛ tu reddis vni. iux̄ opa sua ⁊c. Sequit Donec redderet vniuersum debitū. Vbi notādū q̄ dupl'r dicūt pctā redire. Prio:

tiētiā habe i me: ⁊ oia reddā tibi. Misert' āt dn̄s fui illi' dimisit eū: ⁊ debitū dimisit ei. egressus āt fu' ille iuenit vnū đ ꝯseruis suis q̄ debebat ei cētū denarios: et tenēs suffocabat eū dicēs: redde qđ debes. ⁊ pcidēs ꝯfu' ei' rogabat eū dicēs: Patientiā habe i me ⁊ oia reddā tibi. Ille āt noluit ꝫ abijt et misit eū i carcerē dōec r̄dderet debitū. Videtes āt ꝯfui ei' q̄ fiebāt ꝯtristati sūt valde: ⁊ venerūt ⁊ narrauerūt dn̄o suo oia q̄ facta fuerāt. tūc vocauit illū dn̄s su' ⁊ ait illi. Fue nequā oē debitum dimisi tibi qm̄ rogasti me: Nōne ḡ oportuit ⁊ te misereri ꝯfui tui sic ⁊ ego tui misert' sū: ⁊ iratus dn̄s ei' tradidit eū tortoribus quosq redderet vniuersum debitū. Sic ⁊ pr̄ me' celestis faciet vob: si nō remiseritꝭ vnusq̄sq fratri suo de cordib' vr̄is.

qꝛ ñ redeāt q̄tū ad maculā vł reatū / sꝫ q̄tū ad ingr̄titudinē. q̄ ei pꝰ acceptā remissionē ad pctm̄ vadit / grꝰ delinq̄t: qꝛ igratꝰ tāto bñficio extitit: et tał ingr̄titudo pctm̄ recidiuātꝭ agg̃uat / qꝛ penā pctōꝝ p̄teritoꝝ videt̃ secū reducere. vñ dꝛ in decre. Iteratio culpe idu cit agg̃uationē pene. ij. q. v. ca. bi q̄ Scd̄o dicūt̃ redire q̄tū ad penā subalē. sic̄ em̄ in celo est vnꝰ denariꝰ. i. vna btitudo subalis: lꝫ vnꝰ magis altero ꝑcipiat. vñ de h̄ dic̄ apłs: Sic̄ stella differt a stella i clari. ꝛc̄. Vñ etiaꝫ magr̄ sen. li. iiij. dis. xlix. dic̄: Electus ab electo differt i claritate mētis et corꝑis. Vñ etiā Ioh. xiiij. In domo p̄ris mei mā. mł. sē ꝛc̄. Sic in iferno ē vna pēa subał ꝑ modū dāni. s. carētia visionis diuine: alia per modū sensus. s. v̄mis ꝛ ignis: ꝛ vtraqꝫ pēa debet̃ ꝓ q̄libet pctō mortali. s. ƀm plus vel minꝰ. Dicūt̃ q̄ pctā redire: qꝛ recidiuāti eadē pena debet̃ q̄ue q̄ ꝓus / lꝫ sit maior: sic̄ dic̄ btūs Iaco. ij. c. Qui in vno offendit / factus est oīm reus.

Dñica. XXIII. post octa. pētecostes. Euan. Matth. XXII.



In illo tempe Abeuntes pharisei ꝯsiliū inierūt vt capent iesum in sermōe. Et mittūt ei discipłos suos cū herodianis dicētes: Mgr̄ scimus qꝛ verax es: ꝛ viā dei ī ve=

¶ Postilla. Abeuntes pharisei cōsiliū inierūt ꝛc̄. Mat. xxij. Mar. xij. Lu. xx. Hāc histo. dixit dñs āno eiꝰ. xxxiij. xj. kał. ap̄lis. fe. iij. lu. xij. indictiōe. vj. Añ initiū illꝰ euā. scribit. s. mat. i p̄cc. c. qꝛ xp̄s loq̄bat̃ p̄ncipibꝰ iudeoꝝ / ꝛ phariseis ꝑabolā istā dicēs: Hō p̄rfamilias plātauit vineā ꝛ locauit eā agricoł. cū āt tp̄s fructuū appropinq̄sset / misit ƀuos suos ad agricolas vt acciperēt fructꝰ eiꝰ: ꝛ agricole app̄hēsis ƀuis eiꝰ aliū ceciderūt / aliū occiderūt: aliū v̄o lapidauerūt. nouissime misit ad eos filiū suū di. verebūt̃ forsit ā filiū meū. agricole v̄o app̄hēsū eū eiecerūt ex vineā ꝛ occiderūt. et cū audissēt p̄ncipes sacerdotū ꝑabolā istā / cog̃uerūt qꝛ de ip̄is diceret. ꝛ q̄rētes eū tenere timuerūt t̄bas: qꝛ sic̄ ꝓphaꝫ eū habebāt: et relicto eo (Abeūtes pharisei) vñ Chry. ab ipso xp̄o (ꝯsiliū iierūt vt ca. le. i ser.) Ly. qꝛ nō poterant eū capeꝛ i malo oꝑe. et qꝛ facilꝰ capit̃ hō in v̄bis q̄ i factis (ꝛ mittūt ei dis. suos) Ly. q̄si hoīes sibi incognitos ƀm estimationē eoꝝ / vt corā ip̄is audaciꝰ loq̄ret̃: et laxaret linguā ad aliq̄d dicēdū vñ posset capi i v̄bis (cū herodianis. Ly. isti herodiani erāt milites herodis q̄ iterfecit iohānē bap. ꝛ venerāt ad diē festuꝫ in hierłꝫ: qꝛ ista q̄stio fuit facta fe. iij. añ passionē xp̄i. Et de herode legit̃ / qꝛ ip̄e erat ꝓtunc in hierłm in die passiōis xp̄i qꝛ venerat in hierłm ꝓpꝰ solēnitatē paschalē. sic̄ g̃ milites herodis missi sūt cū discipuł phariseoꝝ / vt discipuli phariseoꝝ possent eū capeꝛ in ƀmone: et milites herodis stati capent eū vt punirētur i corꝑe. sic̄ g̃ ptꝫ q̄liter maliciose agebant ꝯ eū sibi adulādo / vt faciliꝰ induce=

rẽt eũ ad dicẽdũ aliqd ꝫ ptãtẽ cesarꝭ (di-
cẽtes: migr sci. q2 ve. es: ꝛ viã dĩ i ve. do.)
Ly. s. i sana doctria (ꝛ ñ est tibi cu. ð aliꝗ
ꝛc.). q. d. nõ dimittis timoꝛe cuiuscunqꝫ
bois / etiã ipatoꝛis
dicere xitatẽ (dic g̃
nob qd ti. videt: lꝫ
cẽ. da. cesari an ñ?)
Beð. i homel. pñtꝭ
euã. Dissẽsio erat i
pplo iudeoꝝ. aliq
dicebãt illicitũ esse
iudeis: qꝛ sibi reco-
gnoscerent hr̃e ali
quẽ dñm i terrꝭ: sꝫ
solũ deũ q ẽ i celꝭ id
circo nõ esse licituꝫ
dare cẽsuꝫ cesari q
dãt ðcias victias ꝛ
oblatiões deo celi.
ecõtrario autẽ alij
asserebant: qꝛ erat
dare licitũ tributũ
romanis: q2 ꝓ de-
fensiõe patrie ꝛ ter
re militabant: ꝛ ab
hostibus ꝛ latroni
bus defendebãt: ꝛ
pacẽ int̃ hoies con
seruabãt. Hãc aũt
qstionem maliciose
ꝓponebãt xp̃o. co-
gitauerñt eñ intra
se: aut rñdebit pro
nobis: aut oĩno ta-
cebit. si rñdebit ꝓ
nobis: nos non de-
bemus soluere tri-
butũ: tũc icurret in
dignationẽ cesaris
ꝛ statĩ milites hero
dis capiẽt eũ vt pu
niat. si rñdebit pro
cesar̃ qꝛ debem9 sol
uere tributũ: tũc i-
currit indignationẽ ppli. si oĩno tacebit:
tunc dicem9 q2 veritatẽ timet dicere ꝓpt̃
timoꝛẽ hũanũ (Cognita aũt iesus neqtia
eoꝝ dixit: qd me tẽptatꝭ hypocrite?) Ly.

q. d. nõ qritꝭ xitatẽ addiscere / sꝫ me verb
cape (ostẽ. mi. nũ. cẽ.) .i. nũmũ q dat ꝓ
cẽsu annuo ipato. (at il. ob. ei de.) Ly. q2
iste nũm9 q debebat ꝓ annuo cẽsu a qlibꝫ
capitaneo dom9 va
lebat. x. nũmos vsu
ales: et iõ vocabat
denari9 ꝛ erat argẽ
te9 (ꝛ ait il. ie. cui9 ẽ
ima. h et supscp.)
Ly. q2 imago cesa-
ris erat ipꝛessa i il-
lo ꝛ nomẽ ei9 in cir
cũitu (di. ei cesarꝭ)
vñ Hiero. tybe. sũ
q passus ẽ dñs (tũc
ait illꝭ red. g̃ q sũt ce.
cesari) Hoꝛ. Sicut
tributũ et pecũias
ꝑ qs ꝯfitemini vos
xp̃e subiectos eẽ illi
(ꝛ q sũt dĩ do) .i. de-
cias pmitias obla-
tiões atqꝫ victias.
sic fecẽ ipe xp̃s q red
didit tributa cesari
ꝓ se ꝛ pro petro: ꝛ
deo reddidit q dei
patrꝭ sũt / faciẽs vo
lũtatẽ eius semp.

¶ Postilla.

Loqnte iesu ad
tur. Math. x.
mar. v. lu. viij. Hi
sto. h9 euã. fcã ẽ an
no chꝛisti. xxxj. iiij.
Id. nouẽ. feria. iij
lu. vij. idi. iiij. An
initiũ illi9 euã. scri.
s. Mat. i e. c. qꝛ di-
scipli Jo. ba. acces
serñt ad iesũ di. qre
nos ꝛ pharisei ieiu
nam freqnt: disci
puli aũt tui nõ ieiu
nãt? Dixit illis ihs: Nũqd pñt filij spõsi qꝛ
diu cũ illꝭ ẽ spõsus lugerẽ? veniẽt ãt dies cũ
ab eis auferet spõsus ꝛ tũc ieiu. ꝛc. Tũc
seqt euã. ho. Loqnte iesu ad tur. ecce pn-

ritate doces: ꝛ nõ ẽ tibi cura ð
aliq: ñ eñ respicis psonã hoim.
Dic g̃ nob qd tibi videt: lꝫ cẽsuꝫ
dare cesari an nõ? Cognita aũt
ihs neqtia eoꝝ dixit: Quid me
tẽptatꝭ hypocrite? ostendite mihi
nũmisma cẽsus. At illi obtulerñt
ei denariũ: ꝛ ait illis ihs: cui9 ẽ
imago h et supscptio? Dicũt ei
Cesaris: Tũc ait illꝭ: Reddite g̃
q sũt cesarꝭ cesari: ꝛ q sũt dĩ deo

Dñica. XXIIII. post oct. Pẽ-
tecostes. Euãgeliũ Mat. IX.



In illo tpe loquẽte iesu ad tur-

ceps vnus accessit) Ly. q̄lis aūt fuerit p̄n
ceps iste nō exp̄mit̄/ sʒ hr̄ Mat. v. ꝛ Lu.
viij. vbi d̄r q̄ erat p̄nceps synagoge noīe
iayr⁹. Judei enī hēbāt tm̄ vnū tēplū vbi
poterāt offerre ꝛ īmolare. s. ī hierl̄m: sʒ ī
alijs ciuitatib⁹ ꝛ vill̄
hēbāt loca determi-
nata in q̄b⁹ ꝯuenie
bat ppl̄s ad orādū
ꝛ ad audiēdū v̄bū
dei ꝛ tractandū de
his q̄ ptinebant ad
cōem vtilitatē ppl̄i
ꝛ ille q̄ p̄erat cuius
auctē ꝯgregatio fie
bat dicebat̄ p̄nceps
synagoge: et tal̄ e-
rat iste q̄ accessit ad
iesum (ꝛ adorabat
eū) humilit̄: q̄r ceci
dit ad pedes ei⁹. s.
faciēdo sibi reuerē
tiā debitā (dicēs: D̄ne filia mea mō defun
cta ē: sʒ veni īpone manū tuā sup eā et vi-
uet) Mar. v. d̄r: q̄ dixit eā esse ī extremis
Lu. viij. d̄r q̄ moriebat̄: Et h̄ est verū q̄n
p̄r recessit ab ea: sʒ anq̄ veniebat ad iesū
mortua est: ꝓpt̄ q̄d nūcij venerūt d̄ domo
q̄ dixerunt: Noli vexare mgr̄m: q̄r defun-
cta ē filia tua: credētes q̄ xp̄s n̄ potuisset
suscitare eā a mortuis/ lʒ posset eā sanare
(ꝛ surgēs ih̄s seq̄bat̄ eū ꝛ disci. ei⁹) Ly. p-
gēs ad domū ei⁹ ꝓpt̄ fidei sui meritū (ꝛ ec
ce mĺier q̄ sanguis fluxū patiebat̄. xij. an
nis) Lu. viij. d̄r q̄ ī medicos erogauerat
oēʒ sbāʒ suā nec ab vllo potuit curari (ac-
cessit retro) xp̄s erat ī turba magna q̄ eū
cōprimebat: vt hr̄ Mar. v. ꝛ iō de facili n̄
potuit hr̄e accessū ad eū (ꝛ teti. fim. vesti.
ei⁹) Hor. indignā se reputabat tāgere pe
des dn̄i: vl̄ etiā plenitudinē vestimēti. ha
bebat em̄ xp̄s fimbrias iux̄ ꝯsuetudinē iu
deoꝝ s̄m p̄ceptū legis: vtʒ Nu. xv. (dice
bat em̄ ītra se) s. firmit̄ credēdo (si tetige.
tm̄ vesti. ei⁹ sal. ero) s. ab hac īfirmitate
Magna fides mĺieris q̄ credidit tātā v̄tu-
tē eē ī vestimēto xp̄i q̄ ei⁹ tactu sanaret̄/ q̄
p medicos sanari n̄ poterat: p q̄b⁹ tm̄ expē
dit q̄ depaupata fuit: vt d̄r Lu. viij. (At

bas: ecce p̄nceps vn⁹ accessit ꝛ
adorabat eū di. D̄ne filia mea
mō d̄fūcta ē: ƀ vēi īpone manū
tuā sup eā ꝛ viuet. ꝛ surgēs ih̄s
seq̄bat̄ eū ꝛ discipl̄i ei⁹. Et ecce
mĺier q̄ fluxū sanguis patiebat̄
duodecī ānis accessit retro ꝛ te
tigit fimbriā vestimēti ei⁹. Dice
bat aūt intra se: Si tetigero tm̄
vestimētū ei⁹ salua ero. At ih̄s
ꝯuersus ꝛ vidēs eā dixit: Cōfi-

ih̄s ꝯuer. ꝛ vi. eā di. Cōfide filia fides tua
saluā te fecit) Hor. Nō dixit ego sanaui te
sʒ fides tua saluā te fecit: vt vitādā ostēta
tionē doceat/ ꝛ meritū fidei extollat. (Et
salua fctā ē mĺier ex illa hora) Et Amb.
videt̄ velle: q̄ hec
mĺier erat martha
v̄go soror btē ma-
rie magdalene ꝛ sā
cti Lazari. ¶ Notā
dū q̄ ī via eūdo ad
filiā p̄ncipis archi-
synagogi: sanauit
mĺiereʒ istā p tactū
vestis sue: vt sic p̄n
ceps ille in fide soli
daret̄ (Et cū venis
set iesus in domuʒ
p̄ncipis et vidisset
tybicines) scʒ car-
men lugubre canē-
tes. Antiq̄t⁹ em̄ ta
les ad exeq̄as vocabāt̄/ vt suo carmīe ali
os ꝓuocarēt ad luctū (ꝛ turbā tumulātē)
.i. lachrymātē ꝛ eiulātē (dicebat: recedi-
te) nolite flere: vt hr̄ Luc. viij. p h̄ q̄ dicit
nolite flere/ docet nos q̄ mortuos nr̄os n̄
debem⁹ excessiue deflere: p̄serti cū fuerint
boni hoīes: q̄r lʒ moriant̄ mūdo/ viuūt tn̄
d̄o: ipos em̄ nō amittim⁹/ sʒ p̄mittim⁹: vt
dicit Aug. In veteri testamēto triste fuit
mori ꝛ terribile: q̄r tūc oēs ī infernū d̄scē
derūt. vn̄ Job. xvij. Infern⁹ dom⁹ mea ē:
ꝛ ī tene. stra. lec. meū ꝛc̄. vn̄ Isi. li. xx. de
sum. bo. Illi plorādi sūt ī morte q̄s mise-
ros ifern⁹ recipit ex hac vita: n̄ q̄s celesti
aula letificās icludit ꝛc̄. (nō est em̄ mor.
puel. sʒ dor.) Ly. hoc dixerat: q̄r poterat
eaʒ ita facilit̄ suscitare a morte sic̄ hō pōt
aliū hoīeʒ a somno excitare (ꝛ deride. eū)
Ecce deridet̄ dn̄s ih̄s xp̄s/ nec irascit̄ nec
arguit eos (ꝛ cū eiec. eēt tur.) lamētātiū/
tumultuātiū/ ꝛ d̄ridētiū: q̄r ex q̄ erāt icre-
duli ꝛ derisores xp̄i/ nō erāt digni videre
miraculū (ītrauit) s. ad locū vbi puella ia
cebat cū p̄re ꝛ m̄re ei⁹ petro/ iacobo/ ꝛ io-
hāne: vt hr̄ Mat. v. ad h̄ vt essent testes
miracl̄i (ꝛ tetigit manū ei⁹ ꝛ dixit) clamā
do: vt hr̄ Mar. v. Thabitacumi: q̄d int̄-

de filia: fides tua saluā te fecit: ⁊ salua facta ē mulier ex illa hora. Et cū venisset ih̄s in domū p̄ncipis et vidisset tybicines et turbā tumultuātē dicebat: Recedite nō est eñ mortua puella sed dormit. et deridebāt eum. Et cū eiecta esset turba: intrauit ⁊ tenuit manū eius et dixit: Puella surge. et surrexit puella. Et exiuit fama hec in vniuersam terram.

pretaẜ (puella/ tibi dico surge) s. de lecto mortis (⁊ ꝯfestim surrexit puella et ambulabat/ ⁊ iussit illi dare manducare) ⁊ h̄ in signū vere resurrectiōis: ⁊ stupuerūt parentes ei⁹/ qb⁹ p̄cepit ne alicui dicerēt qđ factum erat: vt h̄r Lu. viij. s. ad insinuandū humilitatē (⁊ exijt fama h̄) scʒ tāte potētie (in vniuersam terrā) illā. ¶ Notā. circa p̄ns euāge. vbi dr̄: Confide filia/ fides tua saluā ⁊c̄. Notādū ꝙ fides xp̄iana ē firma ⁊ vera. Hoc p̄mo ptʒ ex miraculorū factiōe: in nulla eñ alia fide/ seu secta fiūt miracula nisi i nr̄a fide/ q̄ ab initio mūdi fuit miraculis ꝯfirmata: vt ptʒ tp̄e ꝓpharū/ q̄ eā ꝓphetabāt et ꝯscribebāt. Itē in nouo testamēto tp̄e xp̄i et tp̄e apostoloꝝ q̄ eā predicabant/ et in cordibus hominū plantabant. Sil'r et sancti q̄ post apostolos predicauerūt fidē: sicut patet in legenda sanctorum. Itē etiā sarrhaceni confitenẜ/ ꝙ mahomet nullum miraculum fecit. Secundo ptʒ ex tyrannorū ꝑsecutiōe: omne eñ regnū videẜ esse ꝯsumptū q̄nq̧ ab inimicis ꝓpter eorū potentiā. Exemplū de regno assyriorū et grecoꝝ ⁊ romanoꝝ: ⁊ sic de alijs. Fideles autē ꝓpter fidē christi quā tenebāt et defendebāt/ marias ⁊ generales ꝑsecutiōes ml'to tp̄e ab imꝑatoribus/ a regib⁹/ a p̄ncipib⁹/ a iudicibus et potentibus mūdi passi sunt: vt dicit btūs Aug. et nō potuerūt ip̄am fidē xp̄ianam extirpare: sʒ q̄tidie crescebat et augmētabatur. Itē notandum hic/ ꝙ quando homini infundiẜ fides/ tunc etiā infunduntur omnes alie v̄tutes: ⁊ ideo oportet vt homo agat s̄m fidē et alias v̄tutes q̄s recipit: al's in eo fides et v̄tutes essent frustra: et meli⁹ esset fidē non habere/ q̄ⱥ eā malis oꝑibus impugnare et negare. Un

apl's: Cōfitenẜ se nosse deū: fact' āt negāt. Ubi diligenter est notādū/ ꝙ mali xp̄iani peiores sunt sarrhacenis q̄ⱥtū ad q̄ttuor: Primo: q2 sarrhaceni xp̄m negant v̄bo/ sʒ isti facto: pei⁹ est eñ factū/ q̄ⱥ v̄bū: tales eñ sunt sil'es militibus pylati q̄ genua flectebāt corā iesu dicentes: Aue rex iudeoꝝ: ⁊ ꝑcutiebant eū palmis. tales etiam sunt significati ꝑ illā ficū habentē solū folia: cui xp̄s maledixit: q̄ stati aruit. Secūdo: q2 sarrhaceni ex ignorantia xp̄m negant: Non enim credūt ip̄m esse verum deum ⁊ dominū suū si eñ scirēt multi eoꝝ saluarētur per bona oꝑa que faciunt: xp̄iani aūt sciunt et firmiter credunt iesum xp̄m esse dominum suum: ⁊ tamen ei negant debitum obsequiū/ quod malus malum videtur esse. Exemplum: si duo homines negarent debitū obsequiū regi/ ita ꝙ vnus diceret: Dn̄e nescio ꝙ debeā vobis obsequiū hoc exhibere: si eñ scirē/ libēter exhiberē: alter v̄o diceret: scio ꝙ h̄ obseq̄um vob̄ debeo/ sed nolo vobis exhibere: manifestū est/ ꝙ magis offenderet regē. Tertio: q2 sarrhaceni legē suā obseruāt: tales aūt nulli⁹ leg' esse videnẜ: q2 nec sarrhaceni nec xp̄iani sūt: ⁊ ideo tales sine lege peribūt. Quarto: q2 tales videnẜ esse apostate a fide q̄ⱥtū ad rem fidei: videntur etiā periuri eorū que in baptismo promiserunt. s. renūciare diabolo ⁊ pompis eius. Et ideo malo xp̄iano fides erit ad cumulū damnatiōis ei⁹: q2 grauius peccat xp̄ianus fornicando/ ⁊ alia q̄ ꝓhibentur in lege et euāgelio transgrediendo q̄ⱥ paganus: etiam plus punieẜ ⁊ ꝓfundius damnaẜ. Un̄ de hoc diciẜ in decre. Fidelis malus/ peior est infideli: ⁊ grau⁹ peccat: et pena grauior sibi debeẜ. j. q. j. nouit

Ingressus ihs pambu. rc. ¶ Postilla Lu. xix. Historia hui⁹ euã. facta ẽ anno xpi. xxxiij. xvj. kal. aplis. lu. vij. indi. vj. Añ initiũ illi⁹ euã. scribit. s. Lu. in p̃ce. ca q̄ q̄dã adolescẽs iterrogauit iesum di. Mgr̃/ q̄d facie- do vitã et̃nã possidebo? dixit ãt ei iesus: Si vis ad vitã ingredi/ sua mãdata. q̃ ait: Hec oĩa custodiui a iuuẽtute mea: q̄d adhuc mihi deest? Ait illi ih̃s: Si vis pfect⁹ ẽe: vade r vẽde eĩa q̃ hẽs/ r da paupib⁹: r hẽbis thesaurũ in celo: r veni et seq̃re me. His ille auditis ɔtristat⁹ ẽ: q: diues erat valde Uidẽs illũ ihs tristem factũ dixit: q̃ difficile q̃ pecunias hñt i regnũ dĩ itrabunt. Ly. Difficile dic̃ r nõ ĩpossibile: q: difficile ẽ diuitias possidere/ et nõ teneri nimis amore eaꝝ. Facil. ⁹ẽ camelũ p forame ac⁹ trãsire q̃ diuitẽ itrare in regnũ dei. Ly. h nõ itelligit d̃ q̄lib3 diuite/ s3 de diuite ɔstituẽte fine in diuiti s/ r totã ɔfidẽtiã suã. q̃ Mar. x. d̃r, q̄ difficile ɔfidẽtes i pecunijs/ itrabunt in regnũ dei. Ly. possessio diuitiarũ reddit hoie3 difficilẽ ad pfectionem acq̄rendã: nõ tñ facit impossibilẽ: q: abraã fuit diues valde r tñ pfect⁹: vt habetur Gẽñ. xvij. Et ido dicit Eccl. xxxj. Btũs vir diues q̃ inuẽt⁹ ẽ sine macula. et seq̄t: Et q̃s ẽ h et laudabim⁹ eũ. q. d. vix et cũ difficultate iuenit. et audit; his discipuli mirabant valde di. Quis g̃ poterit saluus fieri. ait ill': q̄cũq ĩpossibilia sũt apd hoies/ possibilia sẽ apd deũ: q: sic dic̃ Beda: de⁹ põt cupiditatẽ terrenoꝝ cõuertere ad cupiditatẽ et̃noꝝ: vt pꝫ Sap̃. xiij. Potẽs es dñe ex oĩb⁹ saluare. Uñ q̃ illd̃ qd̄ supest/ paupib⁹ tribuũt r cos sibi amicos ɔstituũt regnũ celoꝝ intrare pñt: vt3 Lu. xvj. Facite vob̃ ami. de mã. iniq̃tat; vt cũ defe. re ci. vos in et̃na ta. silr q̃ diuitijs suis opa mie exercẽt. s. cibãdo esuriẽtẽ: potãdo sitiẽtẽ: hospitando pegrinũ: vestiẽdo nudũ: r sic d̃ alijs. Uñ Matth. xxv. esuriui r dedistis mihi rc. Uenite bñdicti patris mei possi. vob re. pa. a ɔsti. mũ. Tũc postmodũ sequit euan. bo. (Ingressus iesus pam. hieri.) q̃ ciuitas distat ad vnã dietã a hierlm: (r ecce vir noie zache⁹.) Hoc. Noiat exp̃sse tã q̃ dignus noie: q: in li. vite erat scptũ nom et⁹ (r h erat pn. pb.) Ly. ñ tm̃ pblican⁹/ s3 pnceps publicanoꝝ. I q̃ apparet maior miscd̃ia dei in ei⁹ vocatiõe: vt ibi abũdauit delictũ/ supabũdaret r grã (r ipse di-

Dñica. XXX. post octa. pentecostes. Euan. Cũ subleuasset oculos iesus. Hoc euan. q̄re in dñica ĩ medio q̄dra. s. Letare: q: bis legit hoc euan. in anno. In festo dedicatiõis templi Euangelium. Luce. XIX.



In illo tempe Ingressus Jesus perambulabat hiericho. Et ecce vir nomine zacheus: et hic erat princeps publicanoꝝ et ipse diues

ꝛ q̃rebat videre iesū q̄s eēt: ꝛ n̄ poterat p̄ turba: qꝛ statura pusillꝰ erat. ꝛ p̄currēs ascēdit ī arboꝛe sycomoꝛū vt videret illū: qꝛ īde erat trāsiturꝰ. Et cū veīsset ad locū: suspiciēs ih̄s vidit illū ꝛ dixit ad eū: Zachee festinās descēde: qꝛ hodie in domo tua optet me māere. ꝛ festinās d̄scēdit ꝛ excepit illū gaudēs. Et cū viderēt oēs murmurabāt dicētes: ꝙ ad hoīez pctōꝛem diuertisset. Stās aūt zacheꝰ dixit ad dn̄m: ecce dimidiū bonoꝝ meorū dn̄e do paupibus: ꝛ si q̃d aliquē d̄fraudaui r̄ddo q̃druplū. Ait ih̄s ad eū: qꝛ hodie salꝰ huic domui facta ē: eo ꝙ ꝛ ip̄e sit filius abꝛae. Venit em̄ filiꝰ hoīs q̃rere ꝛ saluū facere qd̄ p̄ierat.

ucs) Ly. qꝛ auarꝰ fuit in acq̄rēdo (ꝛ q̄rebat) .i. desiderabat (videre iesū q̄s eēt) ī p̄sona: ꝛ h̄ ex deuotiōe (ꝛ nō poterat p̄ꝛe turba) Ly. ex q̄ p̄tz deuotio p̄pli ad xp̄m (qꝛ statura pusillꝰ erat) .s. ī p̄sona coꝛp̄is (ꝛ p̄currens) .i. p̄ alijs currēs (ascendit ī ar. sycomorū) Hoꝛ. vt qd̄ natura minꝰ haberet ascēsu arboꝛis suppleret. Sycomorꝰ est arboꝛ moꝛo silis in folijs: s3 altitudīe p̄stās: ꝛ interp̄taꝶ ficus fatua. ꝛ significat crucē xp̄i q̄ gētilibꝰ stulticia ē: iudeis ꝟo scādalū xp̄ianis autē dulcedo ꝛ honoꝛ (vt videret illū: qꝛ īde erat trāsiturꝰ) .s. ex illa p̄te q̄ erat sycomorus. Queritꝶ q̄d mouit eū ad hoc vt sic desideraret videre iesum? R̄ñdetur s̄m Aug. ꝙ ipse auditu audiuit eam famā vndiq3 circūuolantē de iesu ꝙ solo verbo infirmos curaret: ḡ desiderabat ip̄m videre (ꝛ cū venisset) .s. iesus (ad locū / suspi. iesus vidit illū) nō tm̄ visu coꝛp̄is / s3 etiam respectu pietatis ꝛ mis̄cdie (ꝛ dixit ad eū) tanq̄ iā dignū diuīo eloquio (Zachee festi. descēde) vocat eū ex noīe ad ostēsionē sue infinite sapiē q̄ ꝛ nos oēs nouit et noīat. Vn̄ in ps̄. cxlvj. Qui nūerat mul. stel. ꝛ oībꝰ eis noīa vocat (qꝛ hodie ī do. tua opoꝛtet me manere) Ly. in domo materiali / p̄pt̄ refectionē xp̄i ꝛ discipuloꝝ suoꝝ: ꝛ in domo sp̄ūali ꝯsciē p̄ gr̄e infusionē (at ille) .s. zacheꝰ (festinās) Hoꝛ. nō p̄crastinās / nō se excusans (descēdit) nō tm̄ descēsu locali sed ꝛ mētali p̄ hūilitatē (et excepit illū) sc3 xp̄m (gaudēs) .s. de tāti hospitis aduētu (ꝛ cū viderēt oēs) .i. pharisei ꝛ alij malignātes s. ꝙ intrauit in domū publicani: (murmu. dicētes ꝙ ad ho. pctōꝛe3 diuertisset) Ly. ꝛ h̄ irrōnabilit̄ fecerūt: qꝛ nullus rōnabil'r p̄ōt murmurare si medicꝰ visitet egrotū ad ipsum sanādū. insup̄ false iudicauerūt de zacheo: qꝛ iā p̄ctōꝛ nō erat / s3 vere penitēs (Stās aūt zacheus dixit a dn̄m) q̄si paratꝰ ei obedire (ecce dimidium bo. me. do paup̄ibus) Non dicit dabo ī futuro sc3 post moꝛtē meā: s3 do in p̄sēnti: qꝛ vnꝰ denariꝰ in vita plꝰ valet q̄ mille pꝰ moꝛtē (ꝛ si q̄d aliquē d̄fraudaui reddo q̄druplū) ḡ in q̄tūcūq3 modico. In hoc autem ꝙ ponit sub dubitatione di. Si q̄d aliquē defraudaui: ostēdit se nō multū defraudasse (reddo) nō dic̄ reddā: qꝛ teneꝶ hō statim r̄stituere res iniustas iux̄ oē posse suū. vn̄ Aug. nō dimittiꝶ pctm̄ nisi ablatū restituaꝶ (q̄druplu3) vtinā vsurarij et raptoꝛes ꝛc̄. redderent simplū (ait āt ih̄s: qꝛ hodie huic do. sa.) a d̄o (facta ē) Hoꝛ. toti familie: ꝛ specialr̄ ꝯsciē zachei q̄ facta ē domꝰ dei p̄ gr̄a3 inhabiātē (eo ꝙ ꝛ ip̄e ꝛc̄.) vn̄ Bed̄. Zacheꝰ filꝰ abꝛae d̄r: nō qꝛ de stirpe eiꝰ genitꝰ / s3 qꝛ ē fidē eiu3 imitatꝰ: ꝛ sicut ille terrā domūq3 paternā deseruit: ita iste zacheꝰ dimidiā partē bonoꝝ suoꝝ paup̄ibꝰ distribuit. ex his videꝶ ꝙ ñ fuit iudeꝰ s3 paganꝰ qꝛ oēs iudei d̄ stirpe abꝛae d̄scēderūt: ꝛ idē vid̄ꝛ dicere Amb. (ve ei ꝛc̄.) Hoꝛ. d̄ celo ī mūdū p̄ hūanitatis assūptōe3 (q̄re. p̄ doctrinā suā (ꝛ sal. fa.) p̄ gr̄a3 (qd̄ p̄ie.) p̄ culpā.

Incipit postilla super euangelijs de sanctis.

In festo sancti Andree apostoli Euangeliū Matth. IIII.

In illo tempe Ambulās iesus iuxta mare galilee: vidit duos frēs Simonē q̄ vocaꝛ petr⁹ ⁊ Andreā fratrē ei⁹ mittētes rete in mare: erant eñ piscatores: ⁊ ait ill': Venite p⁹ me ⁊ faciā vos fieri piscatores hoīm. At illi ꝯtinuo relicti retib⁹ secuti sunt eū. Et ꝓcedēs inde vidit duos alios frēs Jacobū zebedei ⁊ iohānē frēm ei⁹ in naui cū Zebedeo patre eoꝝ reficientes retia sua: ⁊ vocauit eos. Illi aūt statim relictis retibus ⁊ patre secuti sunt eum.

Ambulās Jesus iuxta ¶ Postilla. mare gali. ⁊c. Mat. iiij. Mar. j. Lu. v. Histo. hui⁹ euange. facta est anno xp̄i xxxj. vi. Idus Junij dñica luna. iij. indi. iiij. Añ initiū ill⁹ euāge. scribit s. Math. in eo. ca. q̄ postq̄ xps ieiunauit quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus in deserto: tūc postmodū venit et habitauit i capharnaū: ⁊ in finib⁹ zabulon et neptalim et cepit predicare ⁊ dicere: penitētiam agite: appropiquabit eñ regnum celoꝝ. Tūc sequiꝛ euāge. hodi. Ambulans iesus iuxta mare galilee. Ly. Mare illud est quidam lacus habens centū stadia longitudinis: ⁊ quadraginta latitudinis: p quē trāsit iordanis fluuius: vt dicit Hiero. Diciꝛ autē mare ƀm modū hebraicum loquendi: in quo magna congregatio aquarum vocaꝛ mare: ƀm illud Gen. j. Cōgregatiōes aq̄ruȝ vocauit maria. vocaꝛ etiā aliq̄n stagnum genezareth: vtȝ Luc. v. Diciꝛ etiā mare galilee: q: est i regiōe illa. Etiā dr̄ aliq̄n mare tyberiadis a ciuitate tyberia sita sup ipsum mare (vidit du. fra.) Hor. nō tm̄ corpal'r sȝ etiā spūal'r. vñ Chryß. ad corda plusq̄ ad facies respiciēs (Symonē q̄ vo. pe. et andreā fratrē ei⁹ mittē. re. i mare) Hor. ad piscādū ⁊ q̄rendū victū (erāt eñ piscatores) vñ Chry. Piscatores illitterati mittunꝛ ad p̄dicandū: ne fides credentiū nō in virtute dei/ sed in eloq̄ntia siue in doctrina hoīm putareꝛ (At illi cōtinuo relictis retibus secuti sunt eū. vñ Chryß. Jn hoc docuerunt nos apl'i: q̄ nemo pōt terrena possidere ⁊ pfecte ad celestia properare. Aer int̄ celū ⁊ terrā cōstitut⁹ ondit/ q̄ int̄ celestia ⁊ terrena nulla pōt esse coniunctio: celestia/ q: spūalia ⁊ leuia sursum ducūt: ⁊ terrena: q: pōderosa et grauia deorsuȝ deponūt. Ly. Sciendū q̄ isti apl'i legūt ter vocati a christo Prima vocatio fuit imediate post baptismuȝ xp̄i: vt habet Joh. j. q̄n duo discpl'i Johis bap. audierūt ipm̄ dicētē de christo: Ecce agnus dei/ ecce qui tollit pctā mundi: et ibidē dr̄: q̄ Andreas frater simonis petri erat vnus ex duobus q̄ secuti fuerāt ihm̄. ⁊ ibidē dr̄ quō andreas adduxit fratrem suuȝ simoneȝ ad iesum. Scđa vocatio fuit in captura pisciuȝ: quā describit Lu. v. ca. di. q̄ xp̄s ꝓpter turbas irruētes ascēdit in nauī petri ad p̄dicādū pp'lo ⁊ finita p̄dicatiōe iussit relaxari rete in capturā pisciū: ⁊ visa m'titudīe pisciū captorū: sciēs petr⁹ q̄ nō poterat eē ꝟtute hūana: ꝓcidens ad genua iesu di. Exi a me dñe: q: hō pctōr su'. sȝ ille due vocatiōes nō fuerūt ꝓprie ad apl'atū/ sȝ ad q̄ndā familiaritatē. Tertia vocatio fuit ista de q̄ fit mētio in euā. ho. q̄n relict' retib⁹ et naui secuti sunt iesuȝ ampl⁹ ad p̄dicta negocia nō reuersuri: sȝ intēdētes doctrine xp̄i. q̄ dixit eis (faciā vos fi. pis. ho. Et ꝓce. inde) Hor. i. a loco illo ad aliū (vidit du. alios fra. iacobū zebedei ⁊ Jo. fra. ei⁹ i na.

cū zebedeo pa. eoꝝ reli. re. sua) vñ Chry. id est reparātes: qd maxie est pauptatꝭ in diciū. vetera repabāt: qꝛ noua vñ emerēt nō hēbant (ꝛ vocauit eos) Hoꝛ. duos vocat ꝛ destinat: vtꝫ Lu. x. Primo ꝑpt duos pplos cōuertendos. s. iudeoꝝ ꝛ gētiliū. Scđo ꝑpter duplicē salutē: scꝫ corpis ꝛ aie. Tertio ꝑpter testimonij veritatē: vt ptꝫ Deut. xix. In ore duoꝝ vel triuꝫ stat omne testimonium. (Illi autē relictis retib⁹ ꝛ patre secuti sunt eū) Sꝫ q̄rit hic: quō isti apli relictis oīb⁹ secuti sūt eū? Dicēdū scđm Lyra. ꝙ in christo erat vtꝰ diuinitatꝭ ꝛ iō sic poterat exteri⁹ vocare ꝑ vocē ita potuit īteri⁹ attrahere ꝑ voluntate sua ꝑ inspirationē. Itē no. ꝙ xp̄s simplices piscatores poti⁹ constituit aplos ꝛ p̄dicatores euāgelij q̄ lr̄atos: vt fides euāgelij magꝭ attribuere sapientie diuine q̄ humane.

In die scti Nicolai: Euā. Sint lūbi vr̄i p̄cincti. Hoc euāge. q̄re infra in cōmuni sanctoꝝ.

In festo sancti Thome apli Euāge. Thomas vnꝰ ex duodecim q̄ dicit didymꝰ ꝛc̄. Hoc euāge. cū sua postilla quere. d̄. dn̄ica in octaua pasche.

In die scti Stephani ꝓthomartyris Euā. Math. XXIII.

In illo tempe Dixit iesus turb iudeoꝝ ꝛ p̄ncipibus sacerdotum: Ecce ego mitto ad vos ꝓphetas ꝛ sapiētes ꝛ scribas: et ex illis occidetis ꝛ crucifigetis: ꝛ ex eis flagellabitis in synagogis vestris: ꝛ ꝑsequemini d̄ ciuitate ī ciuitatē vt veniat sup vos omnis san-

¶Postilla.

Dicebat iesus turbis iudeoꝝ. Mat. xxiij. Lu. xj. Histo. hui⁹ euā. facta ē āno xp̄i. xxxiij. xj. kal. April. fe. iij. luna xij. indi. v. Añ initiū illi⁹ euange. scribit s. Matth. in eo. ca. ꝙ xp̄s maledixit scribis et phariseis dicens: Ue vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite q̄ clauditis regnum celoꝝ ante homines: vos eñ nō intratis nec introeūtes sinitis itrare. Ue vob scribe ꝛ pharisei hypocrite q̄ decīatꝭ mētā ꝛ anetū ꝛ cyminū/ꝛ relinq̄tis q̄ grauiora sūt legꝭ iudiciū/miscdiā ꝛ fidē: h̄ oportuit facere ꝛ illa n̄ omittere. Duces ceci excolantes culicē/camelum aūt glutiētes. Ue vobis scribe et pharisei hypocrite: q̄ siles estis sepulchris dealbatis: q̄ foris apparēt hoib⁹ speciosa: intꝰ vo sunt plena ossib⁹ mortuoꝝ ꝛ oī spurcicia: sic ꝛ vos a forꝭ q̄dē apparetꝭ hoibꝰ iusti: intꝰ āt estꝭ pleni hypocrisi ꝛ iniquitate. Tūc postmodū seq̄r euā. hodi. (Dicebat aūt iesus turb iu. et p̄nci. sa. Ecce ego mitto ad vos) Hoꝛ. instruendos ꝛ reuocandos ad me (ꝓphas ꝛ sapientes ꝛ scribas) Ly. qꝛ i discipulis xp̄i multi habuerūt spm̄ ꝓpheticū: sicꝫ iohes euāge. vtꝫ in Apoc. aliq̄ etiā fuerunt scribe: sicꝫ q̄tuoꝛ euangeliste: q̄ sc̄psert vba ꝛ fctā xp̄i: ꝛ etiam apli q̄ scripsert eplas ad istructōēꝫ ppli xp̄iani. Fuerūt etiā sapiētes: qꝛ de diuis ꝛ celestib⁹ a d̄o illuminati (ꝛ ex eis occidetis) qꝛ Jacob⁹ frater iohis ab eis ē occisus: vtꝫ Act. xij. ꝛ sanctꝰ Stephanꝰ lapidatꝰ: vt patet Act. viij. ꝛ m̄lti alij (ꝛ crucifigetis) vt petrū ꝛ andreā fratrē ei⁹ ꝛ philippū aplm ꝛ multos alios (ꝛ ex eis flagellabitis in synagogis vr̄is) h̄ ptꝫ i actibꝰ aploꝝ vbi dr ꝙ oēs apli fuerūt sil' flagellati a iudeis ꝛ ꝓhibiti/ ne p̄dicarent in noīe iesu: Act. iiij. ꝛ petrꝰ r̄ndit di. Oportet deo pl⁹ obedire q̄ hoīb⁹ (ꝛ ꝑseq̄mini de ciui. i ciuitatē) In signū hui⁹ xp̄s discipul' suis dixit Joh. xv. Si me ꝑsecuti sūt ꝛ vos ꝑseq̄ntur. nō est seruus maioꝛ dn̄o suo. Itē xp̄s dixit disci. suis Math. eo. c. Cū vos persecuti fuerint in vna ciuitate: fugite in aliam (vt veniat sup vos) id ē generationē istaꝫ (ois sanguis iust⁹) .i. debita vltio ꝑ

effusiõe sanguinis iustoꝝ (q̄ effusus ē sup terrā a sanguie Abel iusti) quē frater su⁹ Cain occidit: iō q: de⁹ respexit ad abel et ad munera ei⁹: sed ad Cain ꝛ ad munera ei⁹ ñ respexit (vsq ad sanguinē zacharie filij barachie / quez occidisti) ꝑpterea q: arguebat ex iussu ꝛ inspiratiōe dei regem isrl' cū pplo suo: vt hr̄. ij. Paralip. xxiiij. Sp̄us dn̄i induit Zachariam filiū ioiade sacerdotis: ꝛ stetit in conspectu ppli di. Quare trāsgredimini p̄ceptū dn̄i: ꝛ ꝯgregati aduersus eū miserūt lapides iuxta preceptū regis ꝛ iḡm occiderūt (inter templū ꝛ altare) scz holocaustoꝝ: qd̄ erat extra templuz. i. in atrio templi. ¶ Notādū ƀm Ly. q abel fuit simplex hō / pastor ouiū ꝛ illitteratus: zacharias fuit litteratus ꝛ legisperit⁹ Per hos em̄ duos intelliguntꝛ oēs iusti ab eis occisi. ꝛ ē sensus: Ut veniat sup vos oīs sanguis iustus q̄ effusus ē a sanguie Abel iusti vsq ad sanguinē zacharie filij barachie. i. sanguinē iusti minimi vsq ad sanguinē maximi iusti (Amē) Ly. i. fidel'r (dico vob: venient hec oīa sup ge. istā). i. sup ppl'm iudaicū: q: ꝑ criminib⁹ istis punit⁹ est multipliciꝛ diuersꝭ tpib⁹ (hierl'm hierl'm) Hic ponitꝛ cōtinēs ꝑ ꝯtēto: q: freq̄nter dr̄ ciuitatez ƀ facere qd̄ ppl's i ea habitās facit (q̄ occidis ꝑphas) Ly. i. ꝯsueuisti occidere (lapidas eos q̄ ad te missi sunt). i. ad instructionē tuā: sic p3 in antiq̄s ꝑphet; (quotiens volui ꝯgregare) Ly. sub cultu vni⁹ di p fidē ꝛ charitatē (filios tuos). i. iudeos (quēadmodū ꝯgregat gallina pullos suos sub alas) Ponit hic exēplū de gallina: ad ostēdēdū affectū suū ad ppl'm suū. Inter alias em̄ aues gallina videꝛ magis affici ad ꝯseruationē ꝛ nutritionē pullorū. vn̄ Amb. Hec auis tā magnū affectū h3 ad pullos vt eoꝝ infirmitate affecta infirmeꝛ / et eos alis suis protegens contra miluū pugnet (ꝛ noluisti) Ly. q: ꝑphas ad eos missos cōtēpserunt: ꝛ postea sctm̄ Johem bap. ꝛ vltimo dn̄m nr̄m iesuz xp̄m cū discipul' suis cōtēpserūt: ꝑpꝛ qd̄ subdiꝛ ƀ pena: (ecce relinqueꝛ vobis do. vr̄a) Hoc. i. templuz et ciuitas: (deserta). s. ꝑpter destructionē ciuitatis ꝛ tēpli q̄ facta ē p Titū ꝛ Uespasia nū in vindictā mortis xp̄i ꝛ suoꝝ prophetaꝝ ꝛ etiā aplo rū (Dico eni vo. nō me videbitis amodo) Ly. i. a tpe passiōis xp̄i / q̄ de pxio imminebat futura qn̄ xp̄s dixit illa v̄ba (donec dicatis: bn̄di. q̄ venit i no. dn̄i) Ly. ƀ erit qn̄ xp̄s vēiet ad iudiciū. Tūc ei iudei q̄ in fine mūdi crediturī sunt i xp̄m qn̄ cognoscent se ab antixp̄o eē deceptos / tunc laudabūt ꝛ ꝯfitebūꝛ xp̄m.

guis iust⁹ q̄ effusus ē sup terrā a sanguie abel iusti vsq ad sanguinē Zacharie filij barachie: quē occidisti inꝛ tēplū et altare Amē dico vob veniēt hec oīa sup gn̄atōez istā. Hierl'm hierusalē que occidis ꝑphas ꝛ lapidas eos q̄ ad te missi sunt: quotiēs volui cōgregare filios tuos quēadmodū ꝯgregat gallina pullos suos ƀ alas ꝛ noluisti. Ecce relinqueꝛ vob domus vestra deserta. Dico enim vobis: non me videbitis amplius donec dicatis: Bn̄dictus q̄ venit in nomine domini.

In die sancti Johannis euāgeliste Euange. Joh. XXI.

In illo tempe dixit Jesus Petro: Sequere

¶ Postila.

Dixit iesus petro: Seq̄re me: Jo. xxj. Histo. hui⁹ euāge. facta est anno xp̄i xxxiij. nonas april' fer. iij. luna. xxvj. indi. vj. Añ initiū illi⁹ euā. scribit sctūs Jo hānes i eo. c. q post resurrectionē suā dixit petro: Amē amen dico tibi cū esses iunior cigebas te ꝛ ambulabas q̄ volebas:

me. Cōuersus petrus vidit illū discipulū quē diligebat ihs sequētē: q̄ ꝛ recubuit in cena sup pectus eius ꝛ dixit: Dñe q̄s est qui tradet te? Hunc ergo cū vidisset petrus dicit iesu: Domine: hic aūt q̄d? Dicit ei ihs: Sic eū volo manere donec veniā. Quid ad te? tu me seq̄re. Exijt g̊ s̄mo iste inter fratres: q2 discipulus ille nō morit̄: et nō dixit iesus: non morit̄: sed sic eū volo manere donec veniā: q̄d ad te? Hic est discipulus ille q̄ testimoniū perhibet de his et̄ scripsit hec: et scimus quia verum est testimonium eius.

nō timeat:q2 ibi nec fur appropinqt:nec erugo:nec tinea demolit: vtz Matth.vj. Cum audieritis plia z se= ¶Postilla. di.Lu.xxj.Dicto.hui9 euā.locut9 est dns ihs āno er9.xxxiij.xiij.kal.apl' dnica scz palmaz lu.x.Idi.vj.Añ initiū illi9 euā.scribit sctūs Lu.a pncipio illi9 ca.Respiciēs autē ihs vidit eos q mittebāt mūera sua in gazophylaciū diuites.vidit z qdā viduā paupculā mittentem era minuta duo:et dixit:Uere dico vob: q2 vidua ista pl9 q oēs misit Nā oēs hi er abundāti sibi miserūt:h aūt oēm victū quē habuit misit. Et q busdam dicētib9 d tēplo:q lapidibus bonis z donis ornatum eēt dixit: Hec q videtis:veniēt dies in qb9 ñ relinquet lapis sup lapidē q ñ destructur. Interrogauerūt illū dicētes: Preceptor qñ hec erūt: z qd signū cū fieri incipiēt:q dixit(Cū audieri.p.z seditiones) Hor.Prelia qtū ad hostes ernеos/ z seditiōes qtū ad domesticos.vñ Gre. Bella ad hostes ptinent:seditiones ad ciues.Nā Joseph9 i li.antiqtatū dic/ q p9 passionē xpi z añ destructionem ciuitatis hierl'm multe seditiōes z plia erāt apd iudeos:q2 samaritani q ptim tenebāt ritu3 gentiliū insurgebāt cōtra iudeos/ z econuerso. Itē in pplo iudeoz erāt plurimi q incitabāt ppl'm ad rebellādū ptra romanos:alij aūt ptiū zc.(nolite terreri: optz. pmū hec fieri)Ly.q2 sunt a deo pordinata(sz nōdū sta.finis)Ly. q2 p9 auditiōez talia stetit adhuc ciuitas hierl'm p temp9 longuz.s.quadragintaduob9 annis post passionez christi. Hor.voluit autez dominus differre:ne territi apostoli hierusalē z iudeā desererēt: z vt interim pdicātib9 aplis electi puerterent: z reprobi inexcusabiles efficerēt: tunc postmodū scz dixit q nō statim eēt finis(dicebat illis.surget gēs p gētē) Hor.i.ppl's p pplm/siue vna trib9 ptra aliā(z regnū aduer.regnū) Ly.q2 regnū iudeorū ptra regnū romano:ū rebellauit (et terremot9 erūt mag.p loca) Hor. ad innuēdu3/ q illi terremot9 pticulares erāt futuri.vniuersalis eñ terremotus nō fuit nisi in passione xpi: de q dr Matth.xxvij. Et ecce terremot9 fact9 est magn9:petre scisse sunt (z pestilētie)q2 pestilentia fuit in obsidiōe ciuitatis hierusalē ex corruptiōe aeris ex cadauerib9 mortuorum (z fames) Hor.Ecce penuria venaliū: fctā ē eñ fames gñalis sub claudio impatore/ quā pdixerat Agab9 pphta(terroresq d celo z signa magna erūt) Dicit eñ Joseph9 i lib.de iudaico bello:q añ destructionē ciuitatis hierl'm sidus stetit sup ciuitatē hierusalē p annū sile gladio: quā apparitionē quidā dicebāt significare auxiliu3 sibi affutuz contra inimicos: Alij ecōtrario dicebāt significare vindictā dei cōtra mala inhabitantiu3 in ciuitate:et pter hoc erāt diuerse opiniones d prelijs int eos. (Sz añ h oīa) Hor.supple signa iā dicta (inijciēt vobis man9 suas)persequentes d loco ad locū:vtz Joh.xv.Si me psecuti sunt/ z vos persequentur(tradentes in synagogas) Horra:id est in publicos cōuentus ad magis confundendum et flagellandum:sicut factum est quando cesis apostolis denūciauerūt/ ne amplius loquerentur in nomine Jesu: vt patet Act.v.

Aliud euangelium de Martyribus Luce.XXI.

In illo tempe Dixit iesus discipul' suis. Cum audieritis prelia z seditiones: nolite terreri: oportet primuz hec fieri: sed nōdū statim finis. Tūc dicebat illis:Surget gēs contra gentem: z regnū aduersus regnū: z terremot9 magni erūt per loca: z pestilentie: z fames:terroresq de celo z signa magna erunt: sed ante hec oīa iniicient vobis manus suas et psequent:tradētes in synago=

(z custodias) .s. ad incarcerādū: vt fctm est qñ posuerūt eos ī custodia publica: vtz Act. v. (trahē. ad re. z p̄sides) Hor. ad rñdēdū eis (ꝓpt nomē meū) .i. ꝓpt ꝯfessionē nois mei (ꝯtinget aūt vob in testimoniū) Ly. s. euāgelice veritatis ibidē cōstāter ꝯfitēde (Ponite ḡ ī cordib⁹ ve. ñ pme. quēadmo. rñdeatis: ego ei dabo vob os) Hor. s. ad loqndū (z sapiētiā) ad cogscēdum (cui ñ po. resi. nec ꝯ. oēs aduer. vri) Hor. scz nec iudei/ nec heretici nec pagani (trademini āt a parētib⁹ z frīb⁹ z cognatis et ami. et mor. afficiēt ex vobis) Hor. q̄ dēberēt vos iuuare et liberare (et eritis odio oīb⁹ hoīb⁹) Hor. a humā amantib⁹ et terrena sapientib⁹ (ꝓpt no. meū) .i. ꝓpter cōfessionē nominis mei (z capillus de cap. vro nō pibit) Ly. hoc addidit saluator/ ad dēclarandū veritatez future resurrectionis: p quā resurgēt in electis: nō solūz illa que sunt de necessitate hūane nature/ sed etiaz ea q̄ sunt ad decorē: cuiusmodi sunt capilli: quia meditatio huius resurrectionis multum facit ad tolerantiam martyrij: de quo saluator loquebatur (In patientia vestra) Hor. q̄si diceret in predictis maxime necessaria est patientia: quia in ipsa (possidebitis animas vestras) .i. custodietis. ¶ Postilla.

gas z custodias: trahentes ad reges z p̄sides ꝓpt nomē meū. Cōtinget āt vob ī testimoniū: Ponite ḡ ī cordib⁹ vrīs ñ pmeditari quēadmodū rñdeatis: ego em̄ dabo vob os z sapiam: cui nō poterīt resistere nec ꝯdicere oēs adūsarij vrī. Trademī aūt a parentib⁹ z frīb⁹ z cognatis z amicis: et morte afficiēt ex vob: et eritis odio oīb⁹ hoīb⁹ ꝓpt nomē meū: z capill⁹ d̄ capite vro nō pibit. In patiētia vra possidebitis animas vestras.

¶ Aliud euangelium de Martyribus. Luce. XII.

In illo tempe dixit ie. di. s. Attēdite a fermēto phariseoꝝ qd̄ ē hypocrisis: Nihil em̄ optū ē qd̄ ñ reueleť: neq̄ abscōditū qd̄ nō sciať: qm̄ q̄ in tenebris dixistis: in lumie dicenť: z qd̄ in aure locuti estis in cubiculis: p̄dicabiť in tectis. Dico aūt vobis amicis meis: ne ťreamī ab his q̄ occidūt corp⁹

Attēdite a fermē. phariseoꝝ zc. Lu. xij. Dicto. h⁹ euā. facta est a dño iesu xp̄o anno ei⁹. xxxi. ꝓdie Id⁹ Julij fer. v. luna. xvj. indi. iiij. Añ initiuz illi⁹ euāge. scribit sctūs Lucas/ q̄ mltis turb circūstātib⁹: ita vt seinuicē cōculcarēt: cepit iesus dicere ad discipulos suos (Attēdite a fermēto phariseoꝝ) Ly. s. ne p eorum hypocrisim auertimini a fidei veritate (nihil em̄ optū est qd̄ ñ reueleť/ neq̄ abscōditū qd̄ nō sciať) Hor. optuz ptiet ad opa mala q̄ occultāť ex industria: abscōditū ad cogitationes q̄ occultanť ex propria nā: sed vtrūq̄ ī futuro iudicio scietur (qm̄ q̄ in tenebris dixistis) Hor. i. in p̄ssuris z ī carceribus locuti estis (ī lumine dicenť) .i. in apto: qñ. s. ea q̄ passi estis ī carcerib⁹ legunť p orbē ťre ad gliaz vrām (z qd̄ ī aure locuti estis) .i. in p̄uato. p̄uatuz aūt afficiť vbū/ vl ex mō q: submisse in aure/ vel in loco: q: in cubiculo (p̄dicabiť in tectis) Lyra: domus ergo in illa terra habēt tecta plana: vbi congregātur homines ad spaciandum et confabulandum: et ideo illa que dicuntur ibi/ publice dicuntur: et h̄ modo exponit Theophilus (dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui occidunt corpus) vnde Chrys. Omnia mala operať timor mortis: omnia bo=

na tps mortis (z post hec) .i. post occisio ne corpis (nō hnt ampli⁹ qd faciāt. Ostē- dam aūt vobis quē timeatis. Timete eū q postq̄ occiderit) .s. corpus (hz ptātem mittere in gehennā) Hor. i. ipam aiam z etiam ipm corpus (Ita dico vob hūc timete) et non aliū (nōne quinq passeres veneūt) id est venduntur (dipō- dio) Hor. Dipon- dius ē pōdus mo- nete ex duobus as- sibus compositū. Ad euidentiam il- lius sm Lyrā sciē- dū/q passeres abū dant i terra pmis- sionis: z iō de ipis fiebat oblatio pau perū q nō poterāt hre alia: vñ erant pauci valoris: quia duo habebant pro asse (z vn⁹ ex illis) sz q̄uis sit pui va- loris (nō est in obli uiōe corā deo) .i. nō morieī sine pro uidētia dei patris: et p cōsequēs sup- ple nec vos morie- mini qn deus ordi- net d morte vrā (sz z capilli capitis ve stri omnes nūerati sunt) Ly. i. in dei p scientia (nolite g ti mere: mltis passe- rib⁹ plur; est; vos) Ly. i. maioris reputationis apud deū: qz ad imaginē dei creati (dico autē vob: ois qcūq me cōfessus fue. co. ho.) Hor. i. nō tm crediderit corde / sz cōfessus fuerit sil' ore (z fili⁹ hois ɔfitebiī il. co. angel' dei.)

et post hec nō habēt ampli⁹ qd faciāt. Ostēdā aūt vob quē ti- meatis. Timete eū q postq̄ oc ciderit habet ptātē mittere in gehennā. Ita dico vobis hūc timete. Nōne qnq passeres ve- neunt dipondio: et vn⁹ ex illis nō est in obliuiōe corā deo? s; et capilli capitis vrī oēs nūerati sunt: nolite g timere: mltis pas seribus pluris estis vos. Dico aūt vobis: ois qcunq ɔfessus fuerit me corā hoibus: z filius hominis confitebiī illū coram angelis dei.

Incipit cōe de confessorib⁹. Euan. Luce. XII.

En illo tempe Dixit ihs dis. suis: Sint lumbi vrī pcincti: et lucerne ardētes in manibus vrīs. Et vos siles hoib⁹ expectātib⁹ dnm suū qn reuertaī a nuptijs: vt cū vene- rit et pulsauerit ɔfestī apiāt ei.

Iesus anno eius .xxxj. pdie idus Julij .fe ria .v. luna .xvj. inditiōe .iiij. Ante initi- um illius euāgelij scribit sanctus Lucas in eodem capitulo / q xps dixit discipulis suis: Nolite timere pusillus grex: qz com placuit prī vestro dare vobis regnū. Tunc sequiī euan gelium hodiernū. (Sint lumbi vestri pcincti) Ly. Lum- bi mentis sunt vo- luntas et intellect⁹ ex quibus pcedūt cogitatiōes male: Lumbi carnis sūt in qb⁹ viget motus luxurie. Et vtriq lumbi sunt precin- gendi: id est coar- tandi ab illicitis co gitationib⁹ et ope- rib⁹ (et lucerne ar- dentes) Lyr. id est doctrina clara pro cedens ex charita- te (in manibus ve- stris) implēdo ope (z vos similes ho- minibus expectan tibus dominum su um) Ly. i. sitis di- screti et vigiles et solliciti de vrā cu- stodia expectando dnm venturum ad iudicium: sicut an- tiqui patres expe- ctabāt eū venturū in carnē (qn reuer taī a nuptijs) Glo. ordi. Ad nuptias dns iuit / cū post resur- rectionem nouus homo angelorum mul- titudinē sibi copulauit: a quibus nuptijs reuertitur / cum nobis per iudicium mani festaī: vt ptz Act. j. Sic veniet quemad- modū vidistis eū euntē in celū (z pulsaue rit) p egritudinē mortē ppinquā designā- do (ɔfestim aperiāt ei) leti eū suscipiendo

Sint lumbi vestri pre- cincti: z lucerne zc. Luce. xij. Histori am huius euangelij locutus est dominus

¶ Postilla.

(Bti fui illi qs cu venerit dns) Ly. in eorum morte (inuenerit vigilates) .i. in statu gre: et no in pctis dormietes: qr tal' pntabit in iudicio qlis iuenit in morte qtu ad gram vl' ad culpa (Ame dico vob q pcinget se) Glo. pparans se ad retributione (et faciet illos discubere) Glo. ordi. in regno celesti qesce re (et trasies mistrabit ill') Glo. transiens ministrabit/cu d iudicio ad regnu redies sua claritate fideles satiabit: (et si venerit i scda vigilia: et si i tertia vigilia venerit / et ita iuenerit: bti sut fui illi) vn Grego. Pria vigilia est status puericie: maxime cu incipit vsus ratiois in pueris. Secuda vigilia est status iuuentutis. Tertia vigilia : est stat' virilis. Quarta vigilia est status senectutis: quia in quolibet statu fideles debent esse parati per iusticia ad recipienda morte. (Hoc aute scitote: qm si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiq: et no sineret pfodi domu suam) Gor. Hic dns iesus monet nos vigilare z mortis incertitudinem: qzuis nihil sit certius morte / nihil tn incertius hora mortis (Et vos estote parati: qr qua hora no putatis fili' hominis veniet) Glo. ordi. Ultima hora semp ignorare voluit dns / vt semp sit suspecta : vt ad candem semper prepararemur. ¶ Postilla.

Bti fui illi qs cu venerit dns inuenerit vigilates. Ame dico vob q pcinget se et faciet illos discubere: et trasiens ministrabit ill'. Et si venerit in scda vigilia: et si in tertia vigilia venerit et ita iuenerit: bti sut fui illi. Hoc at scitote: qm si sciret prfamilias q hora fur veiret: vigilaret vtiq et no sineret pfodi domu sua. Et vos estote pati: qr q hora no putatis fili' hois veniet.

Aliud euagelliu de Confessoribus. Luce. XI.

In illo tempe Dixit iesus discipulis suis: Nemo accendit lucernam et in abscodito ponit: neq sub modio: sed sup candelabru: vt q ingrediunt lume videant. Lucerna corpis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidu erit. Si autem nequam fuerit: etiaz corpus tuum tenebrosum erit.

Nemo accendit lucerna. Lu. xj. Hoc euagelij padigma locut' e dns iesus xps anno et' .xxxi. pdie idus Julij. fe. v. lu. xvj. indi. iiij. An initiu ill' eua. scribit scts Lu. in eo. ca. q qda mlier extolles voce d turba dixit Btus vent q te portauit et vbera q suxisti. Tuc seqt eua. ho. (Neo accendit lucerna) Ly. lucerna h accipit p intetioe recta: qr intetio recta icludit lumen fidei et ardore charitatis ad modu lucerne ardetis (et in abscodito ponit / neq sb modio sz sup cadelab: u) Ly. qr intentio recta dirigit ad supna (vt q ingrediuntur / lume videant) Lyr. Sicut em lucerna i alto posita illumiat ea q sut in domo materiali: sic intentio recta ea q disponunt i domo eccl'ie et etia in domo cosc'ie. (Lucerna corpis tui e oculus tuus) Ly. qr sicut oculus dirigit membra corpis ad opandu / et pede ad ambulandu / et manu ad scribedu: sic itetio recta dirigit nras opatioes i fine debitu: io seqt (si ocul' tu' fuerit sim.) Ly. i. intentio tua recta (totu cor. tuu) .i. cogeries opationu tuaru (lucidu erit) .i. meritoriu vite etne (si at neq fu.) .i. intetio puersa (etia cor. tu. te. e.) Ly. i. cogeries opationu tuaru mala erit: qr op' bonu malu efficit puersa itetioe. sic cu aliqs dat elemosyna psupcule mlieri intetioe tra-

bendi eā ad pctm̄ luxurie (Uide ergo ne lumē qđ in te est tenebre sint) Ly. id est di ligenter attēde/ ne intētio tua que lumen aīe est/ sit puersa: qꝛ ꝑ hoc corrumperent̄ omnia bona opa (si ergo corp⁹ tuū lucidū fuerit nō habēs ali quā ptem tenebrarum) Ly. tū ex bonitate intentionis: tū ex bonitate operis: (erit lucidū totum) qꝛ oīa cedent ad vite eterne meritum (ꝛ sicut lucerna fulgoris illuminabit te) Ly. ī p̄senti p gratiā: ꝛ in futuro per gloriam.

Uide ḡ ne lumē qđ in te ē tenebre sint. Si ḡ corp⁹ tuū lucidū fuerit nō hn̄s aliquā ptē tenebrarū: erit lucidū totū: et sic lucerna fulgoris illuminabit te.

Aliud euangelium de Confessoribus. Luce. XIX.

In illo tempe Dixit ie. dis. su. parabolā hāc: Hō q̄dā nobil' abijt in regionē longinquā accipe sibi regnū et reuerti. Uocatis aūt decē seruis suis dedit illis decē mnas: ꝛ ait ad illos: Negociamini dū venio. Ciues aūt ei⁹ oderāt illū: ꝛ miserūt legationē post illū: dicentes: Nolumus hūc regnare sup nos. Et factū ē vt rediret accepto regno: ꝛ iussit vocari seruos suos q̄b⁹ dedit pecuniā vt sciret q̄ntū quisqꝫ negociat⁹ eēt. Uenit aūt pm⁹ dicēs: Dn̄e: mna tua decē mnas acq̄siuit. Et ait illi: Euge bone serue: qꝛ ī modico fuisti fidel' eris ptātē hn̄s sup decē ciuitates. Et alter veit dicēs: Dn̄e mna tua fe

Postilla.

Homo q̄dā nobilis abijt ꝛc. Lu. xix. Añ initiū illi⁹ euāge. scribit sanctus Lu. in eo. ca. q xp̄s dixit: Uenit fili⁹ hoīs q̄rere et saluū facere qđ perierat. Tūc postmodū sequit̄ euā. hodiernū. (Homo q̄dā nobilis) Ly. id est iesus christ⁹: homo nat⁹ ꝫm carnem de semine dauid regis (abijt in regionem longinquam) Ly. i. ad celum empyreū per suam ascensionem (accipere sibi regnū) super ordines angelorū (ꝛ reuerti) scꝫ in fine mūdi ad iudicium: Tūc eīn oībus manifestabit̄ regnū ipsi⁹ (Uocatis aūt decē ser. suis) .i. fidelib⁹ vniuersis (dedit illis decē mnas) Ly. vniuersitatē donoꝝ suorū: diuersimode tn̄: qꝛ dedit vnicuiqꝫ plus vel min⁹ ꝫm ꝓpriā virtutē (ꝛ ait ad illos: Negociamini dū venio) Ly. qꝛ tp̄s meriti currit vsqꝫ in diē iudicij: in quo tpe de⁹ dat dona sua ad hoc/ q multiplicent̄ ꝑ fruct⁹ bonoꝝ opeꝝ (ciues aūt ei⁹ oderāt illū) Ly. ciues illi sunt iudei q̄ ꝓ maiori pte in odiū xp̄i sunt firmati (et miserūt legationē post illū dicētes (Nolum⁹ hūc regnare sup nos) Ly. qꝛ p⁹ ascēsionē xp̄i ad celos iudei conati sūt destruere fidem catholicā/ in q̄ icepit regnū xp̄i: qđ complebit̄ ꝛ manifestabit̄ in fine mūdi (et factū ē vt rediret) scꝫ ad generale iudiciū (iussit vocari suos suos q̄b⁹ dedit pecuniā/ vt sciret quātum quisqꝫ eēt negociat⁹) Ly. qꝛ oportebit oēs apparere ante iudicē ad reddendum de oīb⁹ acceptis ab eo rationē. Ro. xiiij. (venit aūt primus dicēs: domīe mna tua decē mnas acq̄siuit) Ly. quia tūc electi suis meritis securi parati erunt astare iudici (ꝛ ait illi: euge serue bone: qꝛ in mo. fuisti fidelis) Ly. qꝛ bona tp̄alia ꝛ etiā sp̄ritualia q̄ habent̄ i vita p̄senti/ modica sūt respectu bonoꝝ celestiū q̄ expectant̄ ī futura vita (eris ptātē hn̄s sup decē ciui.) Ly. i. gaudeb. de fidelitate oīm q̄ ꝑ doctrinā tuā vel exēplū vite tue cōuersi sunt ad bonū (et alter venit dicēs: Dn̄e mna tua) Hoc. i. gr̄a tua (fecit.

q̄nqꝫ mnas: ꝛ huic ait: Et tu esto sup̱ q̄nqꝫ ciuita.) Hoꝛ. sup̱ illos q̄s tua p̄dicatiōe vel exēplo tuo cōuertisti (Sꝫ terti⁹ venit) Ly. qꝛ lꝫ mali reformidēt vēire ad cōspectū iudicis: tn̄ optebit eos ibidē repn̄tari (dicens: Dn̄e ecce mna tua quam habui reposi. i suda.) Ly. mna reposita i sudario / significat donuꝫ dei a bonis opib⁹ ociosū (timui eī te) Ly. iste timoꝛ nō est nisi pusillanimitas bn̄ agēdi (qꝛ hō auster⁹ es) Ly. lꝫ em̄ mō sit tp̄s misericoꝛdie: i iudicio tn̄ erit tp̄s rigoris ꝛ iusticie (tollis qđ n̄ posuisti: ꝛ me. qđ n̄ seminasti) Ly. qꝛ a p̄lat; ecclie nō solū req̄runt' bona in ꝓpria p̱sona / sꝫ i subditis eoꝝ q̄s tenēt' inducere ad bonuꝫ (dic̄ ei: de oꝛe tuo iudico te s̄ue neq̄ꝫ). Hoꝛ. stulticia mag̃ ē petm̄ ꝓpꝛiū excusare (sciebas quia ego hō auster⁹ sū) Hoꝛ. si me durū noueras: q̄re cōmendatuꝫ tibi timoꝛē n̄ icussit: vt scires me diligētius quesiturum (tollēs qđ nō posui / ꝛ metens qđ nō seminaui) Hoꝛ. requirit enim deus bona opera etiam ab eis quibus nō dedit gratiā operandi: nec tn̄ deus hoc faciēdo iniuste agit: qꝛ ꝛ si illi nō recipiūt / ipse tn̄ parat⁹ fuit dare grām (ꝛ q̄re non dedisti pecuniā meā) .i. dona mea (ad mensam) .i. ad lucrū (ꝛ ego veniens) scꝫ ad iudicium particulare .i. ad mortē hois (cuꝫ vsuris exegissem eam?) .i. cū lucro (ꝛ astātibus dixit) Hoꝛ. i. angelis q̄ deo iudicāti semp̱

cit q̄nqꝫ mnas. ꝛ huic ait: Et tu
esto sup̱ q̄nqꝫ citates. ꝛ alt̃ vēit
dicens: Dn̄e ecce mna tua quā
habui repositā i sudario: timui
em̄ te: qꝛ hō auster⁹ es: toll' qđ
n̄ posuisti: ꝛ metl qđ n̄ seminasti.
Dic̄ ei: De oꝛe tuo te iudico ser
ue neq̄ꝫ. sciebas qꝛ ego hō auste
rus sū tollēs qđ nō posui: ꝛ me
tēs qđ nō seminaui: et q̄re nō de-
disti pecuniā meā ad mensaꝫ: ꝛ
ego veniēs cū vsuris vtiqꝫ exe
gissez illā? Et astātib⁹ dixit: Au
ferte ab illo mnā: ꝛ date illi q̄ d-
cē mnas hꝫ. et illi dixerūt: Dn̄e
decē mnas hꝫ. Dico āt vob: qꝛ
oi hn̄ti dabit' ꝛ abūdabit: ab eo
āt q̄ n̄ hꝫ ꝛ qđ hꝫ anferet' ab eo.

Aliud euangelium de Confessoribus Matth. XXV.

In illo tempe
Dixit ie disci. su. parabolā hāc:
Hō quidā peregre pꝛoficiscēs

assistūt (auferte ab eo mnā) .i. grāꝫ (ꝛ date illi q̄ decē mnas hꝫ) Glo. augeť em̄ grā in eo q̄ i ea laboꝛat. Auctoꝛ cōpēdij theologicę veritatis li. iij. c. vij. sic dicit: Ne autē aliqđ bonū pereat: illa bona opa q̄ q̄s peccādo moꝛtificat / alijs saluandis dabunť: sic̄ q̄n coꝛpoꝛali moꝛte q̄s moriť / frēs ꝛ ꝓpinq̄ i bonis succedūt. vn̄ Job. xxvij. Si cōpoꝛtauerit q̄si terrā argētū / ꝛ sicut lutū pꝛeparauerit vestimēta: p̄parabit q̄dēꝫ / sꝫ iust⁹ vestieť illis: ꝛ argētū innocēs diuidet (ꝛ dixerunt ei) scꝫ angeli (Dn̄e hꝫ decē mnas) .q.d. satis habet (dico aūt vob: qꝛ oi habēti) Hoꝛ. ꝛ illo bn̄ vtenti (dabiť) scꝫ incremētū ei⁹ qđ hꝫ (ꝛ abūdabit) .s. in futuro: qꝛ s̄m aplm̄: Oculus non vidit nec i coꝛ hois ascēdit / q̄ p̄parauit de⁹ diligētib⁹ se (ab eo aūt qui nō habet) scꝫ vsum doni collati: sic̄ ille piger seruus fuit (et qđ habet) .i. ip̄m donuꝫ (auferetur ab eo) Hoꝛ. dare habenti / fuit misericoꝛdie: auferre nō habēti / iusticie.

Postilla.

Homo q̄dā p̱egre ꝛc̄. Mat. xxv. Visto. hui⁹ euan. locut⁹ ē dn̄s iesus xp̄s anno eius. xxxiij. xj. kal. Apꝛil' feria. iij. luna. xij. indirione. vj. Ante initiū illius euāge. scribit s. Mat. in eo. ca. ꝙ xp̄s dixit dis. su. Vigilate: qꝛ nescitis diē neqꝫ horā. Tunc statim sequiť euan. ho. (Homo quidā p̱egre ꝓficiscēs) Ly. hō ille ē iesus xp̄s: q̄ s̄m huis s̄m diuitatē nō possit ꝓficisci

vocauit ſ̄uos ſuos: et tradidit illꝭ bōa ſua. ⁊ vni dedit q̄nqꝫ talēta: alij āt duo: alij vo vnū vnicuiqꝫ ſm ꝓpriā vtutē: ⁊ ꝑfectꝰ eſt ſtati. Abijt aūt q̄ q̄nqꝫ talenta accepat: ⁊ opatus ē in eis: et lucratus eſt alia q̄nqꝫ. Silꝛ qui duo accepat lucratꝰ ē alia duo Qui aūt vnū accepat abijt ⁊ fodit in terrā: ⁊ abſcōdit pecuniā dñi ſui. Poſt multū vo tpis venit dñs illoꝝ ſ̄uoꝝ: ⁊ poſuit rationē cū eis. Et accedēs q̄ q̄nqꝫ talenta acceperat: obtulit alia q̄nqꝫ talēta dicēs: Dñe q̄nqꝫ talenta tradidiſti mihi: ecce alia q̄nqꝫ ſuꝑlucratꝰ ſū. Ait illi dñs: Euge ſ̄ue bone et fidelꝭ: q2 ſuꝑ pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te cōſtituā: intra in gaudiū dñi tui. Acceſſit aūt ⁊ q̄ duo talenta accepat. Et ait: Dñe duo talēta tradidiſti mihi: ecce alia duo lucratus ſum. Ait illi dñs eiꝰ: Euge ſerue bone ⁊ fidelis: q2 ſupra pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituā: intra in gaudium domini tui.

de loco ad locū / q2 ſic ē vbiqꝫ: ſ3 ſm hūanā naturā ꝑegre ꝑfectꝰ ē / qñ aſcēdit in celū (vocauit ſ̄uos ſuos) Hoz. educēdo eos in eē nature (⁊ tradidit illꝭ bona ſua) Ly. ſc3 bōa nature: bōa grē: bōa ꝯſcie ⁊ ſapientie: bōa potētie: bona opulētie. Et dicunꝭ talēta: q2 ꝑ bonū vſū taliū pōt q̄libꝫ ſibi accipere celeſte premiū (vni dedit q̄nqꝫ talēta: alij āt duo: alij vo vnū / vnicuiqꝫ ſm ꝓpriā vtutē: et ꝑfectꝰ ē ſtati) q2 xp̄s ſm hūanitatē mutauit locū celū aſcēdēs (abijt āt q̄ q̄nqꝫ talēta accepat ⁊ lucratꝰ eſt alia q̄nqꝫ) Ly. q2 iſta talēta mltiplicauit / bñ vtēdo p̄dictis donis ad ſui ꝑfectiōꝫ ⁊ ꝓximi edificatōꝫ. (Silꝛ q̄ duo talenta accepat) .i. aliq̄ ex p̄dictꝭ donis (lucratus ē alia duo) Hora. ⁊ attēdiꝭ illō lucrū i merito q̄ ad ſe ⁊ i edificatiōe q̄ ad ꝓximū: ⁊ ſic dupli caꝭ bonū acceptū: (q̄ āt vnū accepat / abijt ⁊ fodit in t̄rā ⁊ abſcōdit pecuniā dñi ſui) Ly. ſe abſcōdit in t̄ra q̄ p̄dictis donis ducꝭ ad mūdi gliaꝫ ⁊ tꝑale lucrū ſeu q̄ſtū (poſt mltū vo tpis) Ly. q2 lōgū tp̄s ē ab aſcēſiōe xp̄i ad celū vſqꝫ ad aduentū eiꝰ ad iudiciū (veit dñs) Hoz. ꝑ ſeipſm / ñ ꝑ vicariū (ſ̄uoꝝ illoꝝ) q̄bꝰ bōa ſua cōmiſit (⁊ po. ra. cū eis) vꝫ Lu. xvj. Redde rōnē vil. tue. Ly. q2 tūc diſtricte exiget rōnē de bonis ab eo collatꝭ (⁊ accedēs q̄ q̄nqꝫ talēta accepat / obtulit alia q̄nqꝫ talēta dicēs: dñe q̄nqꝫ talēta tradidiſti mihi: ecce alia q̄nqꝫ ſuꝑlucratꝰ ſū) Hoz. i. mltiplicata ſūt merita ex grā tua ⁊ vſu liberi arbitrij (euge ſerue bone ⁊ fidelꝭ) q̄rēs in ſuis actibꝰ dñi gliaꝫ ⁊ ñ ꝓpriā laudē (q2 ſuꝑ pauca fuiſti fidelꝭ) Ly. oīa bona i hac vita hoī collata / pauca ſūt reſpectu bonorū glie (ſuꝑ multa te ꝯſtituā) q2 i celo ꝯfert hoī bonū infinitū (itra i gaudiū dñi tui) Hoz. vt ſit ex oī ꝑte gaudiū: ſurſū ex viſiōe dei / deorſū ex ꝯſideratiōe iferni / iteriꝰ ex glia cōſcie / exteriꝰ ex decore oīs creature (acceſſit āt ⁊ q̄ duo talēta accepat ⁊ ait: Dñe duo talēta tradidiſti mihi: ecce alia duo lucratus ſū) Hoz. duplicādo bona ſ. bonū ſapie a me diffūdēdo i ꝓximū ꝑ vbū p̄dicationis: bonū opatōis a me diffūdendo in ꝓximū ꝑ exēplū edificatiōis (ait illi dñs eiꝰ: euge ſ̄ue bōe ⁊ fidelꝭ: q2 ſuꝑ pauca fuiſti fidelꝭ ſupra mlta te ꝯſtituā: itra in gaudiū dñi tui) de q̄ dicit Ber. in li. de ꝯſideratiōe. Qualꝭ putaſ tūc erit ſplēdor aiarū qñ ſolꝭ ſplēdorē hēbit lux corpoꝝ: nlla ei triſticia / nlla anguſtia / nullꝰ dolor / nullꝰ timor / nullꝰ ibi labor nlla morſ / ſ3 ꝑpetua ſaitaſ ꝑſeuerabit.

Vigilate qꝛ nescitis q̄ hora dn̄s vester ꝛc̄. Mat. xxiiij. ¶ Postilla. Hec v̄ba sancti euāgelij locutus ē dn̄s Jesus xp̄s anno eius. xxxiij. xj. kal'. Aplis. fe. iij. luna. xij. indi. vj. Anno initiū illiꝰ euan. scribit sctūs Matheus in eo. ca. Celū ꝛ t̄ra transibūt: v̄ba autē mea nō trāsibūt. Tūc seq̄t euā. ho. (Vigilate qꝛ nescitis q̄ hora dn̄s vr̄ venturꝰ sit) Hoꝛ. s. ad mortem cuiuslibet hois: vt pꝫ Eccl̄i. ix. Nescit hō finē suū ꝛc̄. (H aūt scitote qm̄ si sciret pr̄fami. q̄ hora fur veniret) Hoꝛ. i. mors: q̄ fur dicitur ꝓpter improuisum aduētum: vt patet Apoca. iij. Veniā tibi tāq̄ fur (vigilaret vtiq3) ne i peccato mortali moreret: qꝛ mors pctōꝝ pessima (ꝛ nō sineret pfodi domū suam) Hoꝛ. i. cū violentia aiaꝫ a corpe extrahi| sꝫ spōte exiret. vn̄ Chrys. qū aīe peccatrices in corpe q̄si i ꝓpo domicillo delectant: veniēs cū snia dei āgelꝰ mort; pfodit corpꝰ ꝛ aiaꝫ violenter auellit: Aie aūt iuste q̄ q̄si in exilio sūt ibi: veniēte snia nō pfodiunt| sꝫ reuertunt gaudētes (Jdeoq3 ꝛ vos estote parati). s. sine macula cordis (qꝛ q̄ hora nō putat| filꝰ hoīs vēturꝰ ē) Hoꝛ. s. ad iudiciū pticulare in morte (q̄sputas ē fidel' seruꝰ ꝛ prudēs quē ꝯstituit dn̄s sup familiā suā)

scꝫ officij sui susceptione (vt det ill' cibū in tpe) Hoꝛ. triplicē cibū: v̄bi| exēpli| ꝛ tpal' subsidij. vl' s̄m Ly. vt det ill' cibū i tpe. i. auxiliū: ad qd̄ q̄libet tenet. vn̄ Eccl̄i. xxvij. Cuilibet mādauit deꝰ d̄ ꝓximo suo (btūs ille huꝰ quē cū venerit dn̄s eiꝰ) Ly. q̄rēs i morte rōnē sui bulij (inuenerit sic facientē) Ly. i. i actibꝰ charitatis se exercentē: quia p talis meret etnā btitudinē (Amē dico vob sup oīa bōa sua cōstituet eū) qꝛ btitudo est statꝰ oīm bonoꝝ aggregatiōe pfectꝰ: vt d̄r in iij. d̄ ꝯso. phie. Hoꝛ. Bona pn̄tia sunt pticularia ꝛ impfecta| sꝫ bōa celestia sūt bona cōia ꝛ perfecta: nūc ꝛ ex pte cog̃scimus et ex pte diligimꝰ| sꝫ tūc in futuro perfecte ꝛc̄.

Aliud euangeliū de Cōfessoribus. Matth. XXIIII.

En illo tempe Dixit ie. dis su. Vigilate qꝛ nescitis q̄ hora dn̄s vr̄ venturus sit. Illud autē scitote: qm̄ si sciret pr̄familias q̄ hora fur venturus eēt: vigilaret vtiq3 ꝛ n̄ sineret pfodi domū suā. Jdeo et vos estote pati: qꝛ nescit| q̄ hora filius hois vēturꝰ ē. Quisputas ē fidel' seruꝰ ꝛ prudēs quē ꝯstituit dn̄s sup familiā suā: vt det ill' cibū in tpe? Btūs ille seruꝰ quē cū venerit dn̄s eiꝰ inuenerit sic facientē. Amē dico vobis: sup om̄ia bona constituet eū.

Incipit cōe de v̄ginibꝰ. Euan. Matth. XIII.

En illo tempe Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum celorū thesauro abscōdito in agro: quē qui inuenit homo abscōdit: ꝛ pre gaudio illiꝰ

¶ Postilla. Simile ē regnū celoꝝ the. ꝛc̄. Mat. xiij. Historia huꝰ euā. facta ē in aprili anno xp̄i. xxxiij. indi. vj. Anno initiū illius euan. scribit Mat. in eo. ca. q̄ xp̄s dixit: Justi fulgebūt sicut sol in regno pr̄is eoꝝ. Tūc postmodum sequit euan. ho. (Simile est regnū celoꝝ thesauro abscōdito in agro) Hoꝛ. ad laudē v̄ginū exponit parabola ista sic: thesaurꝰ in agro| ē v̄ginitas in carne. ij. Coꝝ. iiij. Habemꝰ thesaurū istū in vasis fictilibꝰ. Vn̄ Augꝰ. Facite qd̄ potest| ne v̄ginitat| bonū a vob peat.

cui facere nõ potestis vt redeat. Vel fm Grego. Thesaur⁹ ē celestis regni deside-riũ (quē q̃ inue. hõ absco. ꝛ p̃ gau. illi⁹ va dit) Hoz. pedib⁹ mẽtis ipm affectãdo (et vẽdit vniuersa q̃ habet) .s. tpalia ptẽnẽ-do: vt3 Mat. xix. Si vis pfect⁹ eē va de ꝛ vẽ. vniuersa q̃ ha. ꝛ da paupi. (ꝛ emit agꝛ illũ) Hoz. ra totalit̃ celestib⁹ inhiãdo (Jteꝝ sile ē regnũ celoꝝ ho. ne. q̃. bo. mar.) .i. dulcedinē vite cele stis' iuẽta aũt vna p̃ciosa margarita) Hoz. i. xp̃o: et fm hoc xp̃s d: marga rita: sic eñ nascit̃ margarita ex roze celesti concha ma-ris se apericte: sic xp̃s v̾tute sp̃ũ s̃an cti in vtero marie. Esa. xlv. Rorate celi desu. ꝛ nu. plu. iu. aper. ter. ꝛ ger. sal. (abijt ꝛ vẽ. oia q̃ ha.) Hoz. p con-tẽptũ t̃renoꝝ: ad Phil. iij. Oia arbi troz vt stercoza/ vt xp̃m lucrifaciã (et emit eã) p conatũ ꝛ desideriũ eī noꝝ: vt3 Phil. j. Desi-deriũ hñs dissolui ꝛ eē cũ xp̃o (Jterũ sile ē regnũ celoꝝ)

vadit ꝛ vendit vniuersa q̃ h3 ꝛ emit agꝝ illũ. Jteꝝ sile ē regnũ celoꝝ hoī negociatori q̃rẽti bo nas margaritas: iuẽta ãt vna p̃ ciosa margarita abijt ꝛ vẽdidit vniũsa q̃ habuit ꝛ emit eã. iteꝝ sile ē regnũ celoꝝ sagene misse i mare ex oī gñe pisciũ ꝯgregã ti: quã cũ ĩpleta eēt educẽtes ꝛ sec⁹ litt⁹ sedẽtes: elegerũt bonos i vasa sua malos ãt foras miserũt sic erit i ꝯsũmatōe secl̃i: Exibũt ãgeli ꝛ sepabũt malos d̃ medio iustoꝝ: ꝛ mittẽt eos in caminũ ignis: ibi erit flet⁹ ꝛ stridoz den tiũ. itellexistis hec oia? Dicũt ei etiã: Ait ill̃: iõ ois scriba doct⁹ i reg̃ celoꝝ sil̃s ē hoī p̃rifamili-as q̃ pfert de thesauro suo no-ua ꝛ vetera. Aliud Euã. de virginibus. Matth. XXV.

In illo tempe dixit iesus dis. suis parabolã3 hanc: Simile est regnũ celoꝝ

Ly. sic eñ non distinguunt̃ boni pisces ꝛ mal̃ q̃diu sagena ē intra aquã: sic i eccl̃ia p̃nti admixti sũt mali cũ bonis: s3 in fine mũdi sagena trahet̃ ad littus p aptũ iudi. ciũ: q2 tũc erũt mãifesta abscõdita cozdiũ ꝛ tunc .s. in iudicio (exibũt ãgeli ꝛ se-parabũt malos de medio iustoꝝ ꝛ mit tent eos in caminũ ignis: ibi erit flet⁹ ꝛ stridoz dẽ.) flet⁹ .s. pp̃t ardozē: et stri-doz dẽtiũ pp̃t frig⁹ (Jntellexistis hec oia?) Ly. q. d. ad vos ptinet ītellige re q̃ alios debetis docere viã salutis. (Dicũt ei etiã Ait ill̃: Jõ ois scriba) vnde Aug⁹. Apl̃i sunt scribe ꝛ nota-rij xp̃i v̾bũ dei de-signãtes in tabulis cozdis (doctus) .s. ist̃at⁹ ꝛ a dõ ĩspira-tus (ĩ reg̃ celoꝝ) .i. in ecclesia militãte (silis est hoī p̃rifa milias) Lyr. q2 sic p̃rfa. h3 pascere fi-lios pane cozpali: sic iste puulos fidei pane sp̃uali (q̃ pro fert d̃ thesau. suo) Ly. i. de scia in coz de abscõdita (noua ꝛ vetera) .i. aucto-ritates ꝛ processus

Ly. i. status eccl̃ie militãtis (sagene mis-se in mare) Hoz. i. doctrine diuulgate in mundũ (ꝛ ex oī genere pisciũ) Hoz. i. ho-minum (cõgregãti) .s. bonoꝝ ꝛ maloꝝ: pauperũ ꝛ diuitũ/ iuuenũ ꝛ senu3 (quã cũ ĩpleta esset) Hoz. qd̃ erit in fine seculi qñ ĩplebit̃ nũerus electoꝝ (educẽtes ꝛ secus litt⁹ sedẽtes elegerũt bonos ĩ vasa/ malos aũt foras miserũt. sic erit ĩ ꝯsũmatōe secl̃i)

veteris et noui testamẽti. ¶ Postilla.

Sjc est regnũ celoꝝ decē v̾ginib⁹ ꝛc. Mat. xxv. Dis. hui⁹ euã. facta ē anno xp̃i. xxxiij. xj. kal̃. apl̃is. fe. iij. lu. xij. in-ditōe. vj. Añ initiũ illi⁹ euã. scribit sctũs Mat. in. xxiij. ca. Si eñ mal⁹ ser⁹ dixerit in cozde suo: morã fac dñs me⁹ venire et cepit pcutere cõser̃uos suos: mãducet aũt et bibat cũ ebrijs: veniet dñs serui illi⁹ in

hic qua non sperat: et hora qua ignorat: et diuidet eū.s. sepando aīam a corpe in morte ipsius: partē q3 ei⁹ ponet cū hypocritis.i. cū falsis xp̄ianis: sepando eum a beatis/ ⁊ cōiugando ip̄m cū damnatis: illic erit flet⁹ ⁊ stridor dentium. Tūc statim sequit euangelium hodiernū (Simile est regnū celorū decem virginibus) Ly.i. ecclesia militans q̄tum ad statū cōtemplatiuū (decem virginib⁹).i. cōtemplatiuis. Ly. virginitas enim significat vitam cōtemplatiuam: q2 sic castitas eleuat mentē a carnalibus ⁊ disponit intellectū ad ꝯtemplationē v̄itatis: sic ecōtrario luxuria depmit mētem ⁊ causat hebetudinem itellect⁹: et sic reddit hoīnē q̄si bestialē. Propter quod dicit.j. Ethicorū: Vita voluptuosa/ vocat vita pecudū (q̄ accipiētes lāpades suas) Hor. acceptio lampadū/ est ostēsio operū vt sint alijs in exemplum (exierunt obuiā sponso).i. xp̄o (⁊ sponse).i. eccl'ie (quinq3 autem ex eis erant fatue/ et quinq3 prudentes) Lyra. Virgines enī prudentes/ sunt cōtemplatiui seu religiosi/ qui opera sua bona ad finē debitum ordināt.s. pncipaliter ad gloriam dei/ ⁊ ad salutē ꝓpriam ⁊ ad edificationē ꝓximi: ⁊ ecōtrario fatue virgines dicunt/ que ꝓpriam gloriā et fauorē hominū querūt in suis bonis operibus. Et merito dicunt fatue v̄gines: q2 bona opa sua pdunt propter defectū intentiōis recte (sz q̄nq3 fatue acceptis lampadibus) Hor.i. operibus de genere bonorum (non sumpserunt oleum secum) in

quo signat charitas. Sicut enī oleū natat sup oēs liquores: sic charitas sup omnes v̄tutes (Prudentes v̄o acceperunt oleum secum in vasis suis).i. charitatem (cū lampadibus).i. cū opibus suis.q.d. ex charitate pfecerūt opa sua bona. (Morā aūt faciēte sponso dormitauerūt oēs et dormierūt) Mora ista/ est occursus tēpis ab ascensione xp̄i vsq3 ad diē iudicij: qd temp⁹ ꝓpt longitudinē vocat mora. Iā enī durauit p mille quadringentos ⁊ q̄si.xcvij. annos/ et residuū est nobis incertū. In hoc autem tempis interuallo moriuntur oēs hoīes: tam boni q̄ mali. Que quidem mors designat hic p dormitionem: quia ita faciliter excitabūtur a morte p xp̄m ad iudiciū venientē/ sicut homo excitat aliū hominē dormientem (Media autem nocte) Lyra: Non intelligit p hoc q2 iudicium extremum sit celebrandū de nocte/ sz de die: sicut dicit Ap'ls.j. Cor.iij. Dies dn̄i declarabit ⁊c. Sed q2 temp⁹ iudicij est nobis occultum: ideo hic signat p mediā noctē: q2 illa q̄ fiūt media nocte/ sunt hominib⁹ occulta (clamor factus est) Ly.i. vox xp̄i vel angelorum ad vocandum mortuos ad iudicium (Tūc surrexerūt omes v̄gines ille) Ly. q2 omnes resurgēt boni ⁊ mali/ vt appareāt in iudicio xp̄i (⁊ ornauerūt lampades suas) Hor.i. apud se cogitauerunt opera sua ꝓ q̄b⁹ remunerationē expectabant. vn̄ Gre. Ornāt lampades: q2 apd̄ se opa sua nūerant: ꝓ q̄b⁹ eternā btitudinē recipe sperauerūt (fatue aūt).s. v̄gines (sapien-

decē v̄ginib⁹: que accipientes lampades suas exierūt obuiā sponso et sponse. Quinq3 autē ex eis erant fatue ⁊ quinq3 prudētes: Sz q̄nq3 fatue acceptis lampadib⁹ nō sumpserūt oleū secū: prudētes v̄o acceperūt oleū in vasis suis cū lampadibus. Moram autem faciēte sp̄oso: dormitauerūt oēs et dormierūt. Media autē nocte clamor factus ē: ecce sp̄osus venit: exite obuiā ei. Tūc surrexerunt oēs v̄gies ille et ornauerūt lāpades suas. Fatue aūt sapiētibus dixerūt: Date nob de oleo v̄ro: q2 lāpades nostre extinguunt. Rn̄derūt prudentes dicentes:

[Q]uas dixerūt: date nobis de oleo vr̄o: qr lāpades nr̄e extinguunt) Ly. ista petitio vana et rn̄sio negatiua signāt/ q null9 poterit ad aliū q̄tucūq3 iustū recurrere pro auxilio: nec aliqs q̄tucūq3 iustus poterit alium iuuare: s3 sibi soli sufficiet iusticia sua. Vn̄ Diero. In futuro vnusq̄sq3 pro operibus suis mercedem accipiet: nec possunt in die iudicij aliorum virtutes aliorū vitia subleuare: et h̄ est qd̄ subditur (ne forte n̄ sufficiat nobis et vobis/ ite potius ad vendentes et emite vobis) Vnde Amb. Vendūt oleū q̄ adulādo animas in errorē mittūt. de quo dicit in ps̄.cxl. Oleum autem pctōris nō impinguet caput meum etc̄. (Dum autē irent emere/ venit spōsus) Ly.i.christus ad remunerationē bonorū (et q̄ parate erant) Ly. p bona opera i charitate facta (intrauerūt cū eo ad nuptias) .i. ad celestē gloriam (et clausa est ianua) Gor. Janua inquit misericordie ad indulgēdū/ q̄ mō oibus aperit: ianua glorie ad intrādū/ que mō oib9 penitentib9 reserat (Nouissime) id est nimis tarde (veniūt et reliq̄ v̄gines dicētes: Dn̄e dn̄e aperi nobis) Ly. per h̄ q vocant eū dn̄m: signat q crediderūt in xp̄m: s3 q̄d pdest ore inuocare si opere neges? (At ille rn̄dens ait: Amē dico vob: nescio vos) Ly. s. noticia approbationis q̄ soli electi a deo cognoscuntur (Vigilate itaq3) Gor. s. anteq̄ veniat spōsus (qr nescitis diem neq3 horā) sc3 mortis vestre.

ne forte nō sufficiat nobis et vobis: ite poti9 ad vēdētes et emite vobis. Dū aūt irēt emere venit spōsus: et q̄ parate erāt itrauerunt cū eo ad nuptias: et clausa est ianua. Nouissime veniūt et relique v̄gines dicētes: Domine dn̄e api nobis. At ille respondēs ait: Amē dico vobis: nescio vos. Vigilate itaq3: qr nescitis diem neq3 horam.

In festo Corpis christi euāgelium Johannis. VI.

In illo tempe

Dixit Jesus turbis iudeorū3: Ego su3 panis viuus qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane: viuet in eternum. Et panis quem ego dabo caro mea est p mundi vita.

Ego sum panis viuus qui de celo descēdi etc̄. Joh. vj. ¶ Postilla. Dec verba sancti euāgelij de seipo locutus est dn̄s Jesus xp̄us anno et9. xxxij. xvj. kal. Maij feria. iij. lu. xiiij. inditiō e. v. Ante initiū illius euāge. scribit s. Joh. i eo. c. q iudei murmurabāt d̄ illo q xp̄s dixit: Ego sum panis viuus q̄ de celo d̄scēdi. et dicebāt: Nōne hic est iesus filius ioseph: cuius nos nouimus prē3 et matre3? Quō h̄ dicit hic: quia d̄ celo descēdi? Respōdit eis ih̄s et dixit: Nolite murmurare inuicē: nemo potest vēire ad me nisi pater q̄ misit me traxerit illu3. Tūc postmodum sequit euāge. hodiernu3. (Ego su3 panis viuus) Tho. viuificās comedētē. Iste eñi cib9 siue panis in māducātē nō cōuertit/sed cu3 in se ɔuertit: sicut dictū est sctō Aug. Nec me mutabis i te sicut cibū carnis tue: s3 tu mutaberis in me (qui de celo descēdi) Tho. vt eēm panis hoim̄ q̄ erā panis āgelo℞. vn̄ i ps̄. lxxvij. Panē angelo℞ māducauit hō (si qs manducauerit ex hoc pane/ viuet in eternū) in p̄senti p grām et in futuro p gl'iam (et panis quē ego dabo caro mea est p mūdi vita) Tho. bn̄ dic̄ p mūdi vita: qr vtilitas hui9 sacri est nō solū ipi9 sumēti et celebrātis/sed cōmunis totius ecclesie: qd̄ nō cōtingit in alijs sacramētis. Nā baptismus solū pdest suscipienti: eucharistiā v̄o nō solū celebrāti/ s3 etiam omnibus pro quibus erat et qui sunt d̄ corpore ecclie/ siue

sint viui siue defuncti. Et ratio est: q: in alijs sacramentis cõtinet vsus z efficacia Verbi incarnati: hic autẽ cõtinet ipe christus fons z plenitudo sanctitatis: z iõ plus extẽdit se virtus eius (Litigabãt ergo iudei ad inuicem dicẽtes: Quõ hic põt nobis dare carnẽ suam ad mãducãdum?) Tho. Litigatio erat de hoc q carnem suã panem dixerat: intelligebãt enim q esset dentibus lacerãda: z ideo reputabant hoc impossibile et inconueniens (Dixit ergo eis Jesus Amen amen dico vobis: nisi manducaueritis carnẽ filij hominis) Lyra. Sicut enim in vita corporali cibus est necessarius ad vitam conseruandã: ita in vita spirituali hoc sacramentum est necessarium: q: est vite spiritualis conseruatiuum: q: sicut baptismus ẽ quedam regeneratio spiritualis: ita eucharistia est quedam spiritualis nutritio (et biberitis sanguinẽ eius/ non habebitis vitam in vobis) Ly. nõ est intelligendum/ q hoc sacramentum sub vtraq specie fidelibus sit exhibendum: sed tm̃ hoc modo a sacerdotibus est sumẽdum: licet enĩ in primitiua ecclesia populus sub vtraq specie cõmunicaret: tamẽ postmodũ prouide ordinatum est/ vt populus nõ cõicet sub specie vini/ propter periculũ effusionis: z etiã q: s̃m beatũ Tho. de aqui. in. iiij. di. x. propter naturalẽ concomitãtiã sub vtraq specie. s. panis z vini est totus christus: ergo qui cõmunicat corpori/ cõmunicat z sanguini: cũ sub vtraq specie totus xps contineat. s. s̃m corpus z aĩam z deitatẽ (qui manducat meã carnẽ z bibit meũ sanguinem) supple digne (habet vitam eternam) Ly. quia habet deum inhabitãtem: qui est vera vita eterna (Et ego resuscitabo eũ in nouissimo die) Tho. quantum ad gloriam corporis.

Litigabãt ergo iudei ad inuicẽ dicentes: Quomodo potest hic dare nobis carnẽ suam ad mãducãdum? Dixit ergo eis iesus: Amẽ amen dico vob: nisi manducaueritis carnẽ filij homĩs z biberitis sanguinẽ eius: nõ habebitis vitã in vobis. Qui mãducat meã carnem et bibit meum sanguinem: habet vitã eternam. Et ego resuscitabo euz in nouissimo die.

Incipiũt euãgelia pro defunctis q̃ legũt p̃sente funere: aut in depositiõe defunctorum. Euange. Joh. IX.

In illo tempore dixit martha ad iesum: Dñe si fuisses hic frater meus nõ fuisset mortuus. Sed z nũc scio: q: quecũq poposceris a deo: dabit tibi deus. Dicit ei iesus: Resurget frat tuus. Dicit ei mar-

¶ Postilla.

Dixit Martha ad iesum: Domine si fuisses hic. zc. Johis. xj. Historia huius euangelij facta est anno xpi. xxxiij. v. Idus Marcij fer. vj. luna. j. inditione. vj. Ante initiuz illius euãgelij scribit sanctus Johannes in codẽ ca. q xps dixit discipulis suis: Lazarus mortuus est: et gaudeo propter vos vt credatis/ q: nõ eram ibi: sed eamus ad euz. Venit itaq iesus: z ĩuenit eum quattuor dies in monumẽto habentẽ zc. Tunc sequit euange. hodier. (Dixit martha ad Jesum: Domine si fuisses hic frater meus nõ fuisset mortuus) Tho. q. d. Tu es fons vite: ergo mors nõ habuisset locũ in p̃ntia tua (Sz z nũc scio) lz frater meus sit mortuus et sepultus/ fide certa teneo (q: quecũq poposceris a deo/ dabit tibi deus:) quasi diceret poteras repellẽdo mortẽ vitam conseruare: potes et vitam

pditā restaurare. Vñ Aug. Nō dixit: rogo te resuscites frēm meū: non eñi sciebat si resurgere fratri suo vtile erat (Dicit ei Jesus: Resurget frater tu⁹) Ly. s3 illa intellexit hoc de resurrectione futura i fine mūdi: ideo sequit (dicit ei Martha: scio q2 resurget i resurrectiōe i nouissimo die) Tho. q. d. scio resurrectiōe3 generalem oim hoīm futurā: z nescio vtrū de illa generali loq̄ris / vel de speciali fratris mei: sciebat autem de doctrina xp̄i: q2 ſm Chrys. a christo de illa generali resurrectiōe audiuit: vel etiā q2 ex scripturis legis z pphetarū de illa resurrectione edocta fuerat (dicit ei iesus: Ego sum resurrectio z vita) id est causa resurrectionis q̄tum ad animam (qui credit in me) q̄ sum vita (etiam si mortuus fuerit) sc3 per peccatū in anima (viuet) s. vita gratie in presenti (Et omnis q̄ viuit z credit i me: nō morietur i eternū) Thomas. Et

tha: Scio q2 resurget in resurrectiōe in nouissimo die. Dicit ei iesus: Ego sum resurrectio z vita: q̄ credit in me etiā si mortuus fuerit viuet: Et oīs qui viuit et credit in me: nō morietur in eternū. Credis hoc? Ait illi: Utiq3 domine: ego credidi: q2 tu es christus fili⁹ dei viui qui in hunc mundum venisti.

Aliud euāgelium pro defunctis Johannis. V.

In illo tempe

Dixit iesus discipul' suis: Amē amen dico vobis: q2 venit hora z nunc est: quādo mortui audient vocem filij dei: et qui audierint viuent. Sicut eñi pater habet vitā in semetipo: sic dedit z filio vitā habere in semetipo: z potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius homis est. Nolite mirari hoc: quia ve

licet p carnis assumptionē. ¶ Postil'a.

Amen amē dico vobis: q2 venit hora z nūc est zc. Joh. v. Hec z sequentia euāgelia iuxta historias suas dicta sunt a dño iesu xp̄o anno eius. xxxij. xvlij. Kal. Maij feria. iij. luna. xxiiij. inditiōe v. Añ initiū illius euāge. scribit sanctus Joh. in eo. c. q̄ ip̄e pater diligit filiū: z oīa demonstrat ei q̄ ip̄e fac: z maiora his demōstrabit ei opera: vt vos miremini p̄ magnitudine. q. d. vos miramini q̄ sanaui palyticū q̄ habuit. xxxvlij. ānos i infirmitate sua: s3 maiora faciā: q2 suscitabo mortuos. Tūc postmodū sequit euāge. hodi. (Amen amen dico vob: q2 vēit hora) sc3 in fine mūdi (et nūc est) sc3 etia3 in p̄nti (qñ mortui audiēt voce3 filij dei) Ly. q2 ad vocē filij aliq̄ in p̄senti sunt resuscitati: vt filius vidue: vt3 Lu. vij. et filia archisynagogi: vt3 Mat. ix. et etiā Lazar⁹: vt3 Joh. xj. s3 in futuro z in fine mūdi oēs resurgēt / z trāsibūt de morte ad vitam. Vñ ap'ls. j. Cor. xv.

si moriatur morte corporis / que est mors nature: non tamen morte eterna: que est mors gehēne (Credis hoc?) Aug. Christus sciens fidem ipsius / ꝯfessionem eius requirit: z hoc ad meritū salutis. Ro. x. Corde creditur ad iusticiam: ore autē confessio fit ad salutem (Ait illi: Utiq3 domine) supple omia credo (ego credidi: q2 tu es christus fili⁹ dei viui) Lyra: scilicet naturalis (qui in hunc mundum venisti) sci-

Oēs q̄dē resurgem⁹ (sic eñi pater h3 vitā in semetipo) Hor. sc3 p essentiā (sic dedit z filio hr̄e vitā in semetipo) p essentiā: z i hoc xp̄s ostēdit equalitatē sui cū patre (et potestatē dedit ei iudiciū facere) sc3 in q̄tū hō (q2 fili⁹ hois est) Ly. sc3 ab omnib⁹ visibilis in iudicio bonis et malis. (Nolite mirari hoc: q2 venit hora in qua omes

nit hora in q̄ omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius. Et procedēt qui bona fecerunt in resurrectionem vite: qui vero mala egerūt in resurrectionem iudicij.

Aliud euāgelium pro defunctis. Johannis. V.

In illo tempore

Dixit iesus discipul' suis ⁊ turbis iudeorum: Sicut eni pater suscitat mortuos ⁊ viuificat: sic et fili⁹ quos vult viuificat. Neq̄ enim pater iudicat quemq̄: sed omne iudiciū dedit filio: vt omnes honorificent filium: sicut honorificant patrem. Qui nō honorificat filium: nō honorificat patrem qui misit illum. Amen amē dico vobis: q2 qui verbum meuz audit ⁊ credit ei qui me misit habet vitam eternā: Et in iudiciū non venit: sed transit a morte in vitam.

Aliud euāgelium pro defunctis. Johannis. VI.

In illo tēpore

dixit Jesus discipulis suis:

qui in monumētis sunt audiēt vocem ei⁹) hoc fiet in surrectione omniū hominum: quando omnes resurgent ad vocez ei⁹: id est ad imperiū ei⁹. Un̄ ps̄. lxvij. Dabit eni voci sue vocem virtutis (⁊ procedent qui bona fecerūt in resurrectionez vite) Ly. hoc addit ad denotanduz / q̄ fides sine operibus [illegible] ad salutez (qui vo mala egerūt) Tho. [illegible] mala ac [illegible] per penitētiā nō emendauerunt (in resurrectionem iudicij) id est i eternā damnationem: vt patet Matth. xxv. Ibūt hi in suppliciū eternum: iusti autem in vitam eternam.

Postilla.

Sicut enim pat' suscitat mortuos ⁊ viuifiat: sic et ⁊c̄. Joh. v. Añ initiū illi⁹ euā. scribit sctūs Johannes in eo. ca. q̄ Jesus sanauit quendam infirmum qui habuit trigintaocto annos in infirmitate sua: propt'ea p̄seq̄bantur eum iudei: quia hoc faciebat. Jesus autē respondit: Pater me⁹ vsq̄ modo operat' et ego operor. Propter ea ergo magis querebant eum iudei interficere: q2 nō solum soluebat sabbatū / s3 ⁊ patrē suū dicebat deū / equalem se faciēs deo. Tunc postmodū sequit' euangelium hodiernū. (Sic̄ eni pater suscitat mortuos et viuificat) Ly. qd̄ est diuine virtutis (sic ⁊ quos vult viuificat) sc3 per potētiā ei equalem. Unde. j. Regū. xj. Dn̄s mortificat et viuificat ⁊c̄. Itē Deut. xxxij Ego occidā et ego viuere faciam (neq̄ enim pater iudicat quēq̄) Ly. sc3 seorsum a filio: cu3 sit eor̄ vna operatio (sed omne iudiciu3 dedit filio) vt3 Act. x. Ipse est q̄ constitut⁹ est a deo iudex viuor̄ ⁊ mortuor̄ (vt oēs honorificent filiū sic̄ honorificēt patrem) Tho. sic̄ eni pat' ⁊ fili⁹ sunt eq̄les i auctoritate et ptāte: sic debēt eē eq̄les i gl'ia et honore (q̄ n̄ hono. filiū: nō ho. patre3 qui misit illū) Hor. Ratio q̄re pater vult filiu3 honorari: quia honor filij ē honor patris et econuerso. (Amē amen dico vob: q2 qui verbū meū audit ⁊ credit ei q̄ me misit) Ly. fide formata: (habet vitam eternā) Ly. scilicet causaliter: q2 habet gr̄az que facit eū dignū vita eterna (⁊ in iudicium non venit) sc3 condemnatiōis (sed transit a morte) Hor. id est de presenti vita que mors ē (in vitam) Ly. quia oportet soluere debitū nature anteq̄ veniat ad vitam glorie.

Omne quod dat mihi pater ad me veniet ⁊c̄. Joh. vj. An

Postilla.

e initiū illius euangeliȳ dixit iesus discipulis suis: Ego sum panis vite: qui venit ad me/nō esuriet: ꝛ q̄ credit in me /nō sitiet vnq̄. Tunc sequitur euāgelium illud: (Omne qđ dat mihi pr̄ ad me veniet) per

qui misit me pr̄is: vt omne qđ dedit mihi nō perdā ex eo) Ly.q: et si talis p̄destinatus aliquando cadit in peccatū mortale: finaliter tñ resurget. Unde Ambro. Certus sum/q̄ deus nullum electoꝝ suoꝝ cadere permitteret si

fidez formatā: Nā fides est fundamētum omnium meritorum (et eum qui venit ad me) Thomas: id [illegible] et gratia[illegible] (non eijciā foras) id est nunq̄ subtrabam ei gratiā: nec amicitiam meā ab ipso diuidā / dummodo ipse p̄ peccatum gratiā meam nō expellat (q: descēdi de celo) id est naturā humanā assumpsi (nō vt faciam voluntatē meam / sed voluntatē eius qui me misit) Tho. ecce p̄ oīa

Omne qđ dat mihi pater ad me veniet: et eū q̄ venit ad me nō eijciam foras: quia descēdi [illegible] mea: sed [illegible] qui misit me. Hec est eī̄ [illegible]tas eius q̄ misit me patris: vt omne quod dedit mihi nō perdam ex eo: sed resuscitē illud in nouissimo die. Hec est aūt voluntas patris mei q̄ me misit: vt omnis q̄ videt filium et credit in eum habeat vitā eternā: Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

eum meliorē a casu suo resurrecturum nō sensisset (sz resuscitē illū in nouissimo die) Tho. s. de [illegible] vita [illegible] luntas p̄ris mei q̄ [illegible] vide[illegible] sez passibilē ꝛ mortalē: ꝛ cū h̄ miracula facientez (ꝛ credit in eū) .i. adheret ei sicut vni vero deo per miracula ductus ad fidē (habeat vitā eternaz) Ly. si p̄seueret qđ est infallibiliter verum in p̄destinatis

voluntatem humanam subiecit volūtati diuine. Matth. xxvj. Nō mea voluntas / sed tua fiat (Hec est autem volūtas eius

de quib⁹ xp̄s hic loquit (Et ego resuscitabo eū in nouissimo die) q̄ ad corpus / vt simul gaudeat in corpore et anima.

Postilla sup eplas et euāgelia dn̄icalia: insup ꝛ de sanctis sm sensum lr̄alē collecta: explicit.



Postilla sup epistolas.



Vitã bonã z ꝛ exitũ beatũ. Ego frat Guillermus sacre theologie ꝓfessoꝛ minim⁹ Parisi⁹ educatus: sacroꝝ euãgelioꝝ ꝛ eplãꝝ ď tpe diebus dñicis ꝛ sctis/ etiã sup cõmune aplo rũ/ martyrũ/ cõfessoꝝ/ virginũ/ ꝛ pro defunctis expositiones in vnũ colligere volumen minus expertis clericis ac insipiẽtibus p̄dicatoꝛib⁹ ꝑnecessariũ foꝛe iudicaui: Consideräs nõnullos cancellistas minus caute ac imperite euangelia ꝛ eplas vulgo xpiano ꝓnũciantes/ ꝓcedere: nõ habentes earũdẽ expositionũ sciam que necessaria est. Composui igit ꝛ hũc libꝛũ ꝓ eisdẽ vt. s̃. ac ꝓ omĭb⁹ sacroꝝ euangelioꝝ ꝛ eplaꝝ expositionem cupientib⁹: nõ eñ meũ (qď exiguũ ẽ) ingeniũ ɔsului ꝑ ꝓprias dictas expositiões/ sed alioꝝ sacre pagine doctoꝝ libꝛis innitẽs/ eas q̃s melius scripserũt postillas ꝛ expositiões ꝑfunctoꝛie exoꝛnando post quemlibet passum textus ponẽs/ cum premissione tituli vniuscuiusqꝫ qď scripsit: adijciensqꝫ post quãlibet dñicalis euangelij expositionẽ necessaria notabilia pro materia textus ex sermonibus de tempoꝛe eximij doctoris Hugonis de Prato.

Sũt aũt hec doctoꝝ noĭa: sancti Augustini/ gregoꝛij/ hieronymi/ Ambꝛosij: venerabilis Bede ꝛ ipoꝝ homelijs. Glose interlinearis: Glose oꝛdinarie: Nicolai de lyra: Nicolai ď goꝛra sup q̃ttuor euangelistas: Sãcti Thome de aq̃no sup Johãnẽ: Guilhelmi lugdunẽsis in sermonibus de tpe: Joꝛdani ex sermonib⁹ de tpe ꝛ Rabani: q̃ꝝ modus penes titulos abbꝛeuiatos legendi talis est.

Ly. i. Nicola⁹ de Lyra. Gor. i. Nicolaus de Goꝛra. Glo. interli. i. Glosa interlinearis. Glo. oꝛdi. i. Glosa oꝛdinaria. Ra. i. Rabanus. Guil. lug. i. Guilhelmus Lugdunensis. Joꝛ. i. Joꝛdanus. Vincen. i. Vincentius.

Ad q̃s sctũs Paulus scribit eplas.

Sũt ptis Jtalie/ qui de ¶ Romani. iudeis ꝛ gẽtibus ɔuersi sunt ad fidem catholicã ꝑ Paulũ apostolum: q̃bus scribit epistolam ꝑ Timotheũ discipulum suũ a Coꝛintho ciuitate q̃ est in Achaia. Et habet capitula. xvj. ¶ Coꝛinthij.

Sunt Achaici/ sicut Parienses Gallici: Coꝛinthus eñi est ciuitas metropolis in Achaie ptibus. Achaia ṽo est quoddã territoꝛiũ in terra grecie. Et illis scripsit ꝑmã eplaz ab Ephesoꝑ Timotheuz discipulũ suũ. Et hꝫ capla. xvj. Secũdã ṽo scripsit eis a Troiade per Titũ. Et habet capla. xiij. 13 ¶ Galathe.

Sunt greci. Et Galathia est nomẽ regionis Grecie: illis scripsit ab Ephesõ. Et habet capla. vj. ¶ Ephesij.

Sũt Asiani ab Asia minoꝛe/ q̃ est ps grecie. illis scꝑsit de Roma de carcere ꝑ Titũ: ꝛ hꝫ capla. vj. ¶ Philippẽses.

Noiant a ciuitate Philippis/ q̃ est in grecia: quã edificauit Philippus rex pr Alexandri magni: ꝛ eã sic noiauit. q̃bus scꝑsit apls a roma ď carcere ꝑ Epaphꝛoditũ. Et hꝫ capla. iiij. ¶ Colossenses.

